ſacrificia vt dñs imperauerat. Labrum
quoqꝫ ſtatuit inter tabernaculũ teſtimo
nij ⁊ altare implẽs illud aqua: lauerũtqꝫ
in eo moiſes ⁊ aaron ac filij eius manus
ſuas ⁊ pedes cum ingrederent̃ tectum
federis. ac accederẽt ad altare: ſicut pce-
perat dñs moiſi. Erexit et atrium ꝑ gy-
rum tabernaculi et altaris: ducto in in-
troitu eius tentorio. Poſtq̃ omnia pfe
cta ſunt operuit nubes tabernaculuꝫ te
ſtimonij: ⁊ gloria domini impleuit illud
Nec poterat moiſes ingredi tectuꝫ fede
ris nube opiente oĩa: ⁊ maieſtate dñi co
ruſcãte: q² cũcta nubes operuerat. Si qñ
nubes tabernaculũ deſerebat: pficiſce-
bant̃ filij iſrl' ꝑ turmas ſuas. Si pẽde-
bat deſup: manebat in eodem loco. Nu-
bes q̃ppe dñi incubabat ꝑ diẽ taberna-
culo ⁊ ignis in nocte: videtib⁹ cũctis po
pulis iſrael ꝑ cũctas mãſiones ſuas.

Explicit liber Exodi. Incipit vagecra
id eſt liber leuiticus. Capitulũ I

v **Ocauit autem**
moiſen et locutus eſt ei dñs
de tabernaculo teſtimonij di
cens. Loq̃re filijs iſrael: et dices ad eos.
Homo q̃ obtulerit ex vobis hoſtiã dño
de pecorib⁹. i. de bob⁹ ⁊ ouib⁹ offerẽs vi-
ctimas: ſi holocauſtuꝫ fuerit ei⁹ oblatio
ac de armẽto. maſculũ immaculatũ offe
ret ad oſtiuꝫ tabernaculi teſtimonij ad
placandũ ſibi dñm. Ponetqꝫ ſup caput
hoſtie man⁹ ⁊ acceptabilis erit: atqꝫ in ex
piationẽ ei⁹ pficiẽs. Immolabitqꝫ vitu
lũ corã dño ⁊ offerẽt filij aarõ ſacerdot̃
ſanguinẽ ei⁹. fundẽtes ſup altaris cir-
cumitũ: qđ eſt añ oſtiũ tabernaculi. De
tractaqꝫ pelle hoſtie artus in fruſta cõci
dent ⁊ ſubijciẽt ĩ altari ignẽ: ſtrue ligno
rũ añ ꝯpoſita ⁊ mẽbra q̃ ſunt ceſa deſup
ordinãtes caput vicꝫ et cũcta q̃ adherẽt
iecori: inteſtinis et pedib⁹ lotis aq̃. ado-
lebitqꝫ ea ſacerdos ſup altare in holocau
ſtum ⁊ ſuauẽ odorẽ dño. Qđ ſi de pecori-
bus oblatio ẽ. de ouib⁹ ſiue de capris ho-
locauſtũ: agnũ anniculũ ⁊ abſqꝫ macula
offeret. immolabitqꝫ ad latus altar̃ qđ
reſpicit ad aquilonẽ corã dño. Sangui
nẽ vero illi⁹ fundẽt ſup altare filij aaron
ꝑ circumitum: diuidẽtqꝫ mẽbra caput ⁊
oĩa que adherent iecori et imponẽt ſup
ligna quib⁹ ſubijciendus eſt ignis. In-
teſtina vero et pedes lauabunt aqua. et
oblata omnia adolebit ſacerdos ſup al-
tare in holocauſtũ et odorẽ ſuauiſſimuꝫ
domino. Si autẽ de auib⁹ holocauſti ob
latio fuerit domino de turturib⁹ ⁊ pul-
lis columbe: offeret eã ſacerdos ad alta
re. ⁊ retorto ad collum capite. ac rupto
vulner̃ loco. decurrere faciet ſanguinẽ
ſuper crepidinẽ altaris. veſiculã vero gut
turis et plumas pijciet ꝓpe altare ad o-
rientalem plagã: in loco in quo cineres
effundi ſolent. Cõfringetqꝫ aſcellas ei⁹.
et nõ ſecabit: neqꝫ ferro diuidet eam et
adolebit ſup altare lignis igne ſuppoſi-
to. Holocauſtũ eſt ⁊ oblatio ſuauiſſimi
odoris domino. II

a **Anima** cũ obtulerit oblationeꝫ
ſacrificij dño: ſimila erit ei⁹ ob-
latio. Fundetqꝫ ſup eam oleũ ⁊
ponet thus ac deferet ad filios aaron ſa-
cerdotis. Quoꝝ vnus tollet pugillum
plenũ ſimile ⁊ olei ac totum thus: et po
net memoriale ſup altare in odorẽ ſua-
uiſſimũ dño. Quod aũt reliquũ fuerit
de ſacrificio erit aaron et filiorum eius
ſanctũ ſanctoꝝ de oblationibus domini
Cum autẽ obtuleris ſacrificiũ coctũ in
clibano de ſimila. panes ſcꝫ abſqꝫ fermẽ
to cõſperſos oleo. et lagana azyma oleo
lita: ſi oblatio tua fuerit de ſartagine ſi-
mile cõſperſe oleo et abſqꝫ fermento. di
uides eam minutatim et fundes ſuper
eam oleum. Si autẽ de craticula fuerit
ſacrificiũ eque ſimila oleo cõſpergetur
quã offerẽs domino. tradeſqꝫ manibus
ſacerdotis. Qui cuꝫ obtulerit eã: tollet
memoriale de ſacrificio: et adolebit ſup
altare in odorẽ ſuauitat̃ dño. quicquid
autẽ reliquum eſt. erit aaron et filioruꝫ
eius: ſanctũ ſanctorum de oblationib⁹
domini. Omnis oblatio que offertur
domino abſqꝫ fermento fiet: nec quicq̃

fermenti ac mellis adolebit̄ in ſacrificio
dñi. Primitias tm̄ eoꝝ offeretis ac mu
nera: ſup altare vero nõ imponent̄ i odo
rẽ ſuauitatis. Quicqd obtuleris ſacrifi
cij ſale ꝯdies: nec auferes ſal federis dei
tui de ſacrificio tuo. In oĩ oblatõe offe
res ſal. Si aũt obtuleris mun⁹ primi/
tiarũ frugũ tuaꝝ dño de ſpicis adhuc vi
rentib⁹: torrebis eas igni ⁊ ꝯfringes in
morẽ farris. et ſic offeres primitias tu/
as dño. fundẽs ſup ea oleũ ⁊ thus impo
nens: qꝛ oblatio dñi eſt. de qua adolebit
ſacerdos in memoriã muneris ptẽ far/
ris fracti: et olei ac totũ thus. III

Uod ſi hoſtia pacificorũ fuerit
q eius oblatio. et de bob⁹ voluerit
offerre. marẽ ſiue feminã: ima/
culata offeret corã dño. Ponetqꝫ ma
nũ ſup caput victime ſue. q immolabit̄
in introitu tabernaculi teſtimonij. Fun
dẽtqꝫ filij aarõ ſacerdotis ſanguinẽ ꝑ al
taris circuitũ. ⁊ offerẽt de hoſtia pacifico
rũ in oblatõꝫ dño adipẽ q̄ opit vitalia. ⁊
quicqd pinguedinis eſt intrinſecus. du
os renes cũ adipe quo tegunt̄ ilia. et re/
ticulũ iecoris cũ renũculis: adolebũtqꝫ
ea ſup altare in holocauſtũ lignis igne
ſuppoſito i oblationẽ ſuauiſſimi odoris
dño. Si vero de ouib⁹ fuerit ei⁹ oblatio
et pacificoꝝ hoſtia. ſiue maſculũ obtule
rit ſiue feminã: imaculata erũt oĩa. Si
agnũ obtulerit corã dño: ponet manuꝫ
ſuã ſup caput victime ſue: q immolabit̄
in veſtibulo tabernaculi teſtimonij. Fũ
dẽtqꝫ filij aarõ ſanguinẽ ei⁹ ꝑ circuitũ
altaris. et offerẽt de pacificoꝝ hoſtia ſa/
crificiũ dño. adipẽ ⁊ caudã totã cũ reni/
bus et pinguedinẽ que operit vẽtrẽ. at
qꝫ vniuerſa vitalia. ⁊ vtrũqꝫ renunculũ
cũ adipe qui eſt iuxta ilia. reticulũqꝫ ieco
ris cũ renunculis. et adolebit ea ſacer/
dos ſup altare in pabulũ ignis ⁊ obla/
tõis dñi. Si capra fuerit eius oblatio ⁊
obtulerit eã dño ponet manũ ſuã ſuper
caput ei⁹. immolabitqꝫ eã in introitu ta
bernaculi teſtimonij. Et fundẽt filij aa/
ron ſanguinẽ eius ꝑ altaris circuitũ:
tollẽtqꝫ ex ea paſtũ ignis dñici adipem
qui operit vẽtrẽ: qui tegit vniuerſa vi
talia. duos renũculos cũ reticulo qđ ẽ
ſup eos iuxta ilia. et aruinã iecoris cũ re
nunculis adolebitqꝫ ea ſup altare ſacer
dos in alimoniã ignis et ſuauiſſimi o/
doris. Omnis adeps dñi erit iure ꝑpe/
tuo in generatõibus et cunctis habita/
culis veſtris: nec ſanguinẽ nec adipẽ
omnino comedetis. IIII

Ocutuſqꝫ eſt dñs ad moiſen di
l cens. Loqre filijs iſrael. Aia q̄
peccauerit ꝑ ignorantiã: ⁊ de v/
niuerſis mandatis dñi que ꝑcepit vt nõ
fierẽt: quippiã fecerit ſi ſacerdos q̄ vnct⁹
eſt peccauerit delinqre faciẽs pplm̄ offe/
ret ꝓ peccato ſuo vitulũ immaculatum
dño. Et adducet illũ ad oſtiũ tabernacu
li teſtimonij corã dño: ponetqꝫ manũ ſu
per caput ei⁹ et imolabit eũ dño. Hauri/
et qꝫ de ſanguine vituli: inferẽs illũ in
tabernaculũ teſtimonij. Cũqꝫ intinxe/
rit digitũ in ſanguinẽ aſpget eũ ſepties
corã dño ꝯ velũ ſanctuarij: ponetqꝫ de
eodẽ ſanguĩe ſup cornua altaris thymia
matis gratiſſimi dño: qđ eſt in taberna
culo teſtimonij. Omẽ aũt reliquũ ſan/
guinẽ fundet in baſim altaris holocau/
ſti in introitu tabernaculi. Et adipẽ vi/
tuli offeret ꝓ peccato tã eũ q̄ vitalia ope
rit qꝫ oĩa q̄ intrinſec⁹ ſunt. duos renũcu
los ⁊ reticulũ qđ eſt ſup eos iuxta ilia. ⁊
adipẽ iecoris cũ renũculis: ſicut offert̄
de vitulo hoſtie pacificoꝝ ⁊ adolebit ea ſu
per altare holocauſti. Pellẽ vero et oẽs
carnes cũ capite ⁊ pedib⁹ ⁊ inteſtinis et
fimo ⁊ reliq̄ corpe: efferet extra caſtra in
locũ mundũ vbi cineres effundi ſolent
incendetqꝫ ea ſup lignoꝝ ſtruẽ que in lo
co effuſoꝝ cinerũ cremabunt̄. Q ſi oĩs
turba filioꝝ iſrael ignorauerit et ꝑ impe
ritiã fecerit qđ ꝯtra mandatũ dñi eſt et
poſtea intellexerit pctm̄ ſuũ. offeret pro
peccato ſuo vitulũ. Adducetqꝫ eũ ad oſti
um tabernaculi. et ponent ſeniores ppli
man⁹ ſup caput ei⁹ corã dño. Immola
toqꝫ vitulo in ꝯſpectu dñi: inferet ſacer/
dos qui vnctus eſt de ſanguine eius in
tabernaculum teſtimonij: tincto digito

aſpergẽs ſepties cõtra velũ. Ponetq̃ de
eodẽ ſanguinẽ in cornib⁹ altaris qḋ ē co
rã dño in tabernaculo teſtimonij. Reli/
quũ aũt ſanguinẽ fundet iuxta baſim
altaris holocauſtoꝝ: qḋ eſt in oſtio taber
naculi teſtimonij. Omemq̃ eius adipem
tollet ⁊ adolebit ſup altare: ſic faciẽs ⁊ de
hoc vitulo quõ fecit ⁊ prius: et rogãte ꝓ
eis ſacerdote, ꝓpicius erit eiſ dñs. Ipm
aũt vitulũ efferet extra caſtra atq̃ cobu
ret ſicut ⁊ priorẽ vitulũ: qꝛ eſt ꝓ peccato
multitudinis. Si peccauerit princeps
et fecerit vnũ e pluribꝰ ꝑ ignorantiã qḋ
dñi lege ꝓhibeꝰ. et poſtea intellexerit pec
catũ ſuũ: offeret hoſtiã corã dño hircũ
de capris ĩmaculatũ. ponetq̃ manũ ſuã
ſup caput ei⁹. Cũq̃ ĩmolauerit eũ in lo/
co vbi ſolet mactari holocauſtũ corã do/
mino qꝛ ꝓ peccato eſt. tinget ſacerdoſ di
gitũ in ſangīe hoſtie ꝓ pctõ tangẽs cor/
nua altaris holocauſti ⁊ reliquũ fundẽs
ad baſim eius: adipẽ vero adolebit ſup
ſicut ĩ victimis pacificoꝝ fieri ſolet. Ro
gabitq̃ ꝓ eo ſacerdos ⁊ ꝓ peccato eius et
dimitteꝰ ei. Q̃ ſi peccauerit aĩa ꝑ igno/
rantiã de ꝑplo tre vt faciat quicq̃ de his
q̃ dñi lege ꝓhibenꝰ. atq̃ delinquat et co
gnouerit peccatũ ſuũ: offeret caprã im/
maculatã: ponetq̃ manus ſup caput ho
ſtie q̃ ꝓ peccato eſt. ⁊ ĩmolabit eã in loco
holocauſti. Tolletq̃ ſacerdos de ſanguīe
in digito ſuo. et tangẽs cornua altarꝫ ho
locauſti: reliquũ fundet ad baſim eius.
Omẽ aũt adipẽ auferẽs ſicut auferri ſo
let de victimis pacificoꝝ. adolebit ſup al
tare in odorẽ ſuauitatis dño. rogabitq̃
ꝓ eo ⁊ dimitteꝰ ei. Si aũt de pecorib⁹ ob
tulerit victimã ꝓ peccato. ouẽ ſcꝫ imma
culatam ponet ſuper caput eius. et im/
molabit eam in loco vbi ſolent cedi ho/
locauſtoꝝ hoſtie. Sumetq̃ ſacerdos de
ſanguine ei⁹ digito ſuo: et tangens cor/
nua altaris holocauſti: reliquũ fundet
ad baſim eius. Omẽ q̃ꝫ adipẽ auferens
ſicut auferri ſolet adeps arietis. qui im
molaꝰ pro pacificis cremabit ſup altare
incenſum dñi. rogabitq̃ ꝓ eo et pro pec/
cato eius et dimitteꝰ ei. V

ſ Ji peccauerit aĩa ⁊ audierit vocẽ
iurãtis. teſtiſq̃ fuerit ꝙ ipe vi/
dit aut ꝯſcius eſt: niſi indicaue
rit: portabit iniquitatẽ ſuã. Aĩa que teti
gerit aliq̃d inmundũ. ſiue qḋ occiſũ a
beſtia eſt aut ꝑ ſe mortuũ aut q̃libet ali/
ud reptile ⁊ oblita fuerit immũdicie ſue
rea eſt ⁊ deliq̃t. ⁊ ſi tetigerit q̃cq̃ de imũ
dicia hoĩs iuxta oẽꝫ impuritatẽ q̃ pollui
ſolet. oblitaq̃ cognouerit poſtea ſubiace
bit delicto. Aĩa q̃ iurauerit ⁊ ꝓtulerit la/
bijs ſuis vt vel male q̃d faceret vel bñ ⁊
nõ fecerit. et idipm iuramẽto ⁊ ſermõe
firmauerit. oblitaq̃ poſtea itellexerit de
lictũ ſuũ: agat pñiaꝫ ꝓ peccato. ⁊ offerat
de gregib⁹ agnũ ſiue caprã. orabitq̃ pro
ea ſacerdos ⁊ ꝓ peccatis ei⁹. Sin aũt nõ
potuerit offerre pecus: offerat duos tur
tures vel duos pullos columbarũ dño
vnũ ꝓ peccato ⁊ alterũ in holocauſtũ da
bitq̃ eos ſacerdoti. Qui primũ offerẽs
ꝓ peccato: retorquebit caput ei⁹ ad pen/
nulas ita vt collo adhereat. ⁊ nõ penit⁹
abrumpaꝰ. et aſpget de ſanguine ei⁹ pa/
rietẽ altariſ. Quicq̃d aũt reliquũ fuerit
faciet diſtillare ad fundamentũ eius: qꝛ
ꝓ peccato eſt. Alterũ vero in holocauſtũ
adolebit vt fieri ſolet: rogabitq̃ ꝓ eo ſa/
cerdos et ꝓ peccato eius ⁊ dimitteꝰ ei.
Q̃ ſi nõ quieuerit man⁹ eius duos of/
ferre turtureſ aut duos pulloſ colũbaꝝ
offerret ꝓ peccato ſuo ſimile ꝑtẽ ephi de
cimã. Nõ mittet in eã oleũ nec thuris
aliq̃d imponet: qꝛ ꝓ pctõ eſt: tradetq̃ eã
ſacerdoti qui plenũ ex ea pugillũ hauri
ens cremabit ſup altare in monimẽtũ
ei⁹ q̃ obtulerit. rogãs ꝓ illo ⁊ expiãs: re/
liquã vero partẽ ipe habebit in munere
Locutuſq̃ eſt dñs ad moiſen dicẽſ. Ani
ma ſi ꝑuaricãs cerimonias ꝑ errorẽ in
his q̃ dño ſũt ſanctificata peccauerit of/
feret ꝓ delicto ſuo arietẽ immaculatum
de gregib⁹. qui emi pt duob⁹ ſiclis iuxta
pondus ſanctuarij. ipmq̃ qḋ intulit da
mni reſtituet. ⁊ quintã partẽ ponet ſup
tradens ſacerdoti q̃ rogabit pro eo offe/
rens arietem: ⁊ dimittetur ei. Anima q̃
peccauerit ꝑ ignorantiã. feceritq̃ vnum

et his que dñi lege ꝓhibent᷑ ⁊ peccati rea
intellexerit iniquitatē ſuā offeret arietē
immaculatū de gregib⁹ ſacerdoti iuxta
menſurā eſtimationēq; peccati: qui ora-
bit ꝓ eo q2 neſciēs fecerit ⁊ dimittet᷑ ei
q2 ꝑ errorē deliquit in dño. VI
Locutuſq; eſt dñs ad moiſen di
l cens. Aīa q̄ peccauerit. ⁊ cōtem
pto dño negauerit ꝓxīo ſuo de-
poſitū qđ fidei eius creditū fuerat. vel
vi aliqd extorſerit aut calumniā fecerit
ſiue re ꝑditā inuenerit: et inficiās inſu-
per peierauerit. et qđlibet aliud ex pluri-
bus fecerit in q̄b⁹ ſolēt peccare hoīes: cō
uicta delicti reddet oīa q̄ ꝑ fraudē volu-
it obtinere integra. et quintā inſuꝑ ptē
domino cui dānnū intulerat. Pro pec
cato aūt ſuo offeret arietē immaculatū
de grege: et dabit eū ſacerdoti iuxta eſti
mationē menſurāq; delicti: q̄ rogabit ꝓ
eo corā domino et dimittet᷑ illi ꝓ ſingu-
lis q̄ faciēdo peccauit. Locutuſq; eſt dñs
ad moiſen dicens. Precipe aaron et fi-
lijs eius. Hec eſt lex holocauſti. Crema
bitur in altari nocte vſq; mane. Ignis
ex eodē altari erit. Veſtiet᷑ tunica ſacer-
dos et feminalibus lineis: tolletq; cine-
res quos vorās ignis exuſſit ⁊ ponēs iu
xta altare ſpoliabit᷑ priorib⁹ veſtimentis
indutiſq; alijs efferet eos extra caſtra. ⁊
in loco mundiſſimo vſq; ad fauillā cōſu
mi faciet. Ignis aūt in altari ſemꝑ ar-
debit quē nutriet ſacerdos. ſubijciēs li-
gna mane ꝑ ſingulos dies. et impoſito
holocauſto deſuꝑ adipes adolebit pacifi-
coꝝ. Ignis eſt iſte ꝑpetuus q̄ nūq; defi-
ciet in altari. Hec eſt lex ſacrificij ⁊ liba
mentoꝝ q̄ offerēt filij aarō corā dño et
corā altari. Tollet ſacerdos pugillū ſimi
le q̄ cōſperſa eſt oleo et totū thus qđ ſu
per ſimile eſt: adolebitq; illud in altari. i
monimentū odoris ſuauiſſimi dño. Re
liquā aūt ptē ſimile comedet aaron cū
filijs ſuis abſq; fermēto. et comedet in
loco ſanctuarij tabnaculi. Ideo aūt nō
fermentabit᷑: q2 ps ei⁹ in dñi offert᷑ incē
ſum. Sanctū ſanctoꝝ erit ſic ꝓ pctō at
q; delicto. Mares tm̄ ſtirpis aarō come
dēt illud. Legitimū ac ſempiternū erit
i generatōib⁹ vr̄is đ ſacrificijs dñi. Ois
q̄ tetigerit illa ſanctificabit᷑. Locutuſq; ē
dñs ad moiſen dicēs. Hec eſt oblatio aa-
ron ⁊ filioꝝ ei⁹ quā offerre debēt dño in
die vnctōis ſue. Decimā ptē ephi offe-
rēt ſimile in ſacrificio ſempiterno. Me-
diū eius mane ⁊ mediū eius veſpe: q̄ in
ſartagine oleo ꝯſpſa friget᷑. Offeret aūt
eā calidā in odorē ſuauiſſimū dño ſacer
dos q̄ iure pr̄i ſucceſſerit. et tota crema
bitur in altari. Omē enī ſacrificiū ſacer
dotū igne ꝯſumet᷑: nec quiſq; comedet
ex eo. Locut⁹ eſt aūt dñs ad moiſen di-
cēs. Loq̄re aarō ⁊ filijs ei⁹ Iſta eſt lex ho
ſtie ꝓ pctō. In loco vbi offert᷑ holocau-
ſtū imolabit᷑ corā dño: ſanctū ſanctoꝝ ē
Sacerdos q̄ offert ꝯmedet eā i loco ſan
cto i atrio tabernaculi. Quicqđ tetige-
rit carnes eius ſanctificabit᷑. Si de ſan
guine illi⁹ veſtis fuerit aſpſa lauabit᷑ i lo
co ſancto. Vas aūt fictile i q̄ cocta eſt cō
fringet᷑. Q2 ſi vas eneū fuerit defricabit᷑
et lauabit᷑ aq̄. Ois maſcul⁹ de genere ſa
cerdotali veſcet᷑ de carnib⁹ eius. q2 ſct̄m̄
ſanctoꝝ ē. Hoſtia enī q̄ cedit᷑ ꝓ peccato
cui⁹ ſanguis infert᷑ i tabnaculū teſtimo
nij ad expiandū in ſanctuario nō come
detur ſed cōburet᷑ igni. VII
Ec q̄ʒ ē lex hoſtie ꝓ delicto. Sā
h cta ſctōꝝ eſt. Idcirco imolabit᷑
holocauſtū mactabit᷑ ⁊ victia ꝓ
delicto. Sanguis ei⁹ ꝑ gyrū altarꝭ fun-
det᷑. Offerēt ex ea caudā ⁊ adipē q̄ opit
vitalia. duos renūculos ⁊ pinguedinē q̄
iuxta ilia eſt. reticulūq; iecoris cū renū-
culis ⁊ adolebit ea ſacerdos ſuꝑ altare.
Incenſuʒ ē dñi ꝓ delicto. Ois maſcul⁹
de ſacerdotali gñe in loco ſancto veſcet᷑
his carnib⁹: q2 ſct̄m̄ ſcōꝝ ē. Sicut ꝓ pec-
cato offert᷑ hoſtia ita ⁊ ꝓ delicto. Vtriuſ-
q; hoſtie lex vna erit. ad ſacerdotē q̄ eam
obtulerit ꝑtinebit. Sacerdos q̄ offert
holocauſti victimā habebit pellē ei⁹. Et
oē ſacrificiū ſimile qđ coq̄tur i clibano
⁊ quicq̄d i craticula vel i ſartagīe ꝑparat᷑
ei⁹ erit ſacerdotꝭ a q̄ offert᷑: ſiue oleo ꝯſp
ſa ſiue arida fuerint. Cūctis filijs aarō

mēſura eq̄ ꝑ ſingulos diuidet. Hec eſt
lex hoſtie pacificoꝝ q̄ offert dn̄o. Si pro
gratiarū actōe oblatio fuerit: offerēt pa-
nes abſq; fermēto ꝯſperſos oleo. et laga
na azyma vncta oleo coctāq; ſimilā ꝛ col
lyridas olei admixtiōe ꝯſplas: panes q̄z
fermētatos cū hoſtia gratiarū q̄ imolat
ꝓ pacificis: ex qb9 vn9 ꝓ pmitijs offert
dn̄o. et erit ſacerdotꝫ q̄ fundet hoſtie ſan
guinē. Cui9 carnes eadē comedent die
nec remanebit ex eis quicq; vſq; mane
Si voto vel ſpōte quiſpiā obtulerit ho
ſtiā: eadē ſilr edet die. Sz et ſi qd in cra
ſtinū remāſerit veſci licitū eſt. Quicqd
aūt tercius inuenerit dies ignis abſu-
met. Si qs de carnib9 victie pacificorū
die tercio comederit: irrita fiet ei9 obla-
tio nec ꝓderit offerēti: quin poti9 quecū
q; aīa tali ſe edulio ꝯtaminauerit: ꝑuari
catōis rea erit. Caro q̄ aliqd tetigerit im
mundū nō comedet: ſed cōburet igni.
Qui fuerit mūd9 veſcet ex ea. Aīa pollu
ta q̄ ederit de carnib9 hoſtie pacificoꝝ q̄
oblata eſt dn̄o ꝑibit de pplis ſuis: ꝛ q̄ te
tigerit imundiciā hoīs vl' iumenti ſiue
oīs rei q̄ polluere pt. ꝛ comederit de hu-
iuſcemoi carnib9: interibit de pplis ſuis
Locutuſq; eſt dn̄s moiſen dicēs. Loq̄re
filijs iſrl'. Adipē ouis ꝛ bouis et capre nō
comedetis. adipē cadaueris morticinij
et ei9 aīalis qđ a beſtia captū eſt: hēbitis
in varios vſus. Si qs adipē q̄ offerri dꝫ
in incenſuꝫ dn̄i comederit: ꝑibit de pplo
ſuo. Sanguinē q̄z oīs aīalii nō ſumetꝫ
i cibo tā de auib9 q̄ȝ de pecorib9. Oīs aīa
q̄ ederit ſanguinē ꝑibit de pplis ſuis. Lo
cutuſq; eſt dn̄s ad moiſen dicēs. Loq̄re
filijs iſrl' dicēs. Qui offert victimā pa-
cificoꝝ dn̄o: offerat ſimul et ſacrificiū id
eſt libamēta ei9. Tenebit manib9 adipē
hoſtie ꝛ pectuſculū. Cūq; ābo oblata dn̄o
cōſecrauerit: tradet ſacerdoti q̄ adolebit
adipē ſup altare: pectuſculū aut erit aa-
ron ꝛ filioꝝ eius. Armus q̄z dexter de pa
cificoꝝ hoſtijs. cedet in pmitias ſacer-
dotis. Qui obtulerit ſanguinē ꝛ adipē
filioꝝ aaron: ipē habebit ꝛ armū dextrū
in portione ſua. Pectuſculū eni eleua-
tionis et armū ſeparatōis tuli a filijs iſ
rael de hoſtijs eoꝝ pacificis. et dedi aarō
ſacerdoti et filijs eius lege ꝑpetua ab oī
pplo iſrl'. Hec eſt vnctio aarō et filiorūꝫ
ei9 in cerimonijs dn̄i: die q̄ obtulit eos
moiſes vt ſacerdotio fungerent. et que
p̄cepit eis dari dn̄s a filijs iſrael religio
ne ꝑpetua in gn̄atōib9 ſuis. Iſta eſt lex
holocauſti et ſacrificij ꝓ peccato atq; deli
cto. et ꝓ ꝯſecratōe et pacificoꝝ victimis
quā cōſtituit dn̄s moiſi in monte ſinai
qn̄ mādauit filijs iſrael vt offerrēt obla
tōes ſuas dn̄o in deſerto ſinai. VIII
Locutuſq; ē dn̄s ad moiſen di-
1 cēs. Tolle aarō cū filijs ſuis ve
ſtes eoꝝ ꝛ vnctōis oleū. vitulū
ꝓ peccato. duos arietes. caniſtrū cū azy-
mis. et cōgregabis oēm cetū iſrl' ad oſti
um tabernaculi. Fecit moiſes vt dn̄s im
perauerat: ꝯgregataq; oī turba an̄ fores
tabernaculi ait. Iſte eſt ſermo quē iuſſit
dn̄s fieri. Statimq; obtulit aaron et fi
lios ei9. Cūq; lauiſſet eos veſtiuit ponti
ficē ſubucula linea: accingēs eū balteo
et induēs eū tunica hyacinthina: ꝛ deſu
per humerale impoſuit qđ aſtringēſ cin
gulo aptauit rōnali in q̄ erat doctrina ꝛ
veritas. Cydari q̄z texit caput ꝛ ſup eaꝫ
cōtra frontē poſuit laminā aureā ꝯſecra
tā in ſanctificatōe: ſicut p̄cepat ei dn̄s.
Tulit et vnctōis oleū q̄ liniuit taberna
culū cum omni ſuppellectili ſua. Cumq;
ſanctificans aſperſiſſet altare ſeptē vici-
bus vnxit illud ꝛ oīa vaſa ei9: labrūq; cū
baſi ſua ſanctificauit oleo. Qđ fundēs
ſup caput aaron: vnxit eū et cōſecrauit.
Filios q̄z eius oblatos cōſecrauit veſti-
uitq; tunicis lineis ꝛ cinxit balteis: im
poſuitq; mitras vt iuſſerat dn̄s. Obtu
lit ꝛ vitulū ꝓ peccato. Cūq; ſup caput
eius poſuiſſet aaron ꝛ filij eius manus
ſuas imolauit eum hauriens ſanguinē
et tincto digito tetigit cornua altaris ꝑ
gyrum. Quo expiato et ſanctificato fu-
dit reliquū ſanguineꝫ ad fundamenta
eius. Adipē vero qui erat ſup vitalia et
reticulū iecoris duoſq; renūculos cū ar
uinulis ſuis adoleuit ſup altare vitulū

cum pelle ⁊ carnibꝫ ⁊ fimo cremās extra
caſtra: ſicut p̄ceperat dn̄s. Obtulit ⁊ ari
etē in holocauſtū. Suꝑ cuiꝰ caput cum
impoſuiſſent aarō ⁊ filij eius manꝰ ſuas
imolauit eū. et fudit ſanguinē eiꝰ ꝑ cir-
cuitū altaris. Ip̄mq; arietē in fruſta
cōcidēs. caput eiꝰ ⁊ artus ⁊ adipē adole-
uit igni: lotis prius inteſtinis ⁊ pedibꝫ.
Totūq; ſil' arietē incendit ſuꝑ altare eo
ꝙ eſſet holocauſtū ſuauiſſimi odoꝛꝫ dn̄o
ſic p̄ceperat ei. Obtulit ⁊ arietē ſcđm in
cōſecratōꝫ ſacerdotū. poſuerūtq; ſuꝑ ca-
put eiꝰ aarō ⁊ filij eius manꝰ ſuas. Quē
cū imolaſſet moiſes ſumēs de ſanguīe
eiꝰ. tetigit extremū auricule dextre aarō
et pollicē manꝰ eius dextre ſilr et pedis.
Obtulit et filios aarō. Cūq; de ſangui-
ne arietiſ imolati tetigiſſet extremū au
ricule ſinguloꝝ dextre. et pollices manꝰ
ac dextri pedis: reliquū fudit ſuꝑ altare
ꝑ circuitū. Adipē vero ⁊ caudā oēmq;
pinguedinē q̄ opit inteſtina: reticulūq;
iecoris ⁊ duos renes cū adipibꝫ ſuis et
armo dextro ſeꝑauit. Tollēs aūt de cani
ſtro azymoꝝ qđ erat corā dn̄o paneſ abſ
q; fermēto ⁊ collyridā cōſperſam oleo la
ganūq; poſuit ſuꝑ adipes ⁊ armū dextrū
tradēs ſimul oīa aaron ⁊ filijs eiꝰ. Qui
poſtq; leuauerūt ea corā dn̄o rurſum ſu
ſcepta de manibꝫ eoꝝ. adoleuit ſuꝑ alta-
re holocauſti: eo ꝙ cōſecratōis eſſꝫ obla-
tio in odorē ſuauitatꝫ ſacrificij dn̄o. Tu
litq; pectuſculū eleuāſ illud corā dn̄o de
ariete ꝯſecratōis in ꝑtē ſuā ſicut p̄cepe-
rat ei dn̄s. Aſſumēſq; vnguentū et ſan-
guinē q̄ erat in altari aſꝑſit ſuꝑ aarō et
veſtimēta eius et ſuꝑ filios illiꝰ ac veſtes
eoꝝ. Cūq; ſacrificaſſet eos in veſtitu ſuo
p̄cepit eis dicēs. Coquite carnes añ fo-
res tabernaculi ⁊ ibi comedite eas. Pa
nes q̄ꝫ ꝯſecratōis edite q̄ poſiti ſunt ī ca
niſtro: ſic p̄cepit mihi dn̄s dicēs. Aarō
et filij eiꝰ comedēt eos. Quicq̄d aūt re-
liquū fuerit đ carne ⁊ panibꝫ ignis abſu
met. De oſtio q̄ꝫ tabernaculi nō exibitiſ
ſeptē diebꝫ vſq; ad diē q̄ cōplebit᷑ tps cō
ſecratōis vr̄e. Septē enī diebꝫ finit᷑ cō
ſecratio ſicut ip̄reſentiarū factū eſt vt ri
tus ſacrificij cōpleret᷑. Die ac nocte ma-
nebitis ī tabernaculo. obſeruātes cuſto
dias dn̄i ne moriamī. Sic enī mihi p̄ce
ptū ē. Feceruntq; aarō ⁊ filij eiꝰ cūcta q̄
locutus eſt dn̄s ꝑ manū moiſi. IX

Acto autem octauo die: vocauit
f moiſes aarō ⁊ filios eiꝰ ac maio
res natu iſrael: dixitq; ad aarō.
Tolle de armēto vitulū ꝓ pctō ⁊ arietē
in holocauſtū vtrūq; imaculatū ⁊ offer
illos corā dn̄o ⁊ ad filios iſrl' loq̄ris. Tol
lite hircū ꝓ pctō ⁊ vitulū atq; agnū an-
niculū ⁊ ſine macula in holocauſtū bouē
et arietē ꝓ pacificis: ⁊ imolate eos corā
dn̄o ī ſacrificio ſinguloꝝ ſimilā ꝯſperſaꝫ
oleo offerētes. Hodie eī dn̄s apparebit
vobis. Tulerūt ḡ cūcta q̄ iuſſerat moiſes
ad oſtiū tabernaculi: vbi cū oīs multitu
do aſtaret ait moiſes. Iſte eſt ſmo quē
p̄cepit dn̄s: facite ⁊ apparebit vobis gl'a
eiꝰ. Et dixit ad aarō. Accede ad altare et
imola ꝓ pctō tuo. Offer holocauſtū ⁊ de
p̄care ꝓ te ⁊ ꝓ ꝑplo. Cūq; mactaueris ho
ſtiā ꝑpli: oꝛa ꝓ eis ſicut p̄cepit dn̄s. Sta
timq; aarō accedēs ad altare imolauit
vitulū ꝓ pctō ſuo: cuiꝰ ſanguinē obtule
rūt ei filij ſui In q̄ tingēſ digitū tetigit
coꝛnua altarꝫ: ⁊ fudit reſiduū ad baſim
eius. Adipēq; et renūculos ac reticulū
iecoris q̄ ſunt ꝓ pctō adoleuit ſuꝑ altare
ſicut p̄ceꝑat dn̄s moiſi. Carnes vero et
pellē eiꝰ extra caſtra cōbuſſit igni: imo-
lauit et holocauſti victimā. Obtulerūt-
q; ei filij ſui ſanguinē eiꝰ quē fudit ꝑ al-
taris circuitū. Ip̄am etiā hoſtiā ī fru
ſta cōciſam cū capite ⁊ mēbꝛis ſingulis
obtulerūt q̄ oīa ſuꝑ altare cremauit igni
lotis aq̄ priꝰ īteſtinis ⁊ pedibꝫ. Et ꝓ pctō
ꝑpli offerēſ mactauit hircū: expiatoq; al
tari fecit holocauſtū addēs in ſacrificio
libamēta q̄ ꝑiter offerunt᷑. et adolens ea
ſuꝑ altare abſq; cerimonijs holocauſti
matutini. Immolauit ⁊ bouē atq; arie-
tē hoſtias pacificas ꝑpli. Obtuleruntq;
ei filij ſui ſanguinē quem fudit ſuper al-
tare in circuitu. adipem autē bouis et
caudam arietis renunculoſq; cum adi-
pibus ſuis et reticulū iecoris poſuerunt

ſuꝑ pectora. Cūqꝫ cremati eſſent adipes
ſuꝑ altare: pectora eoꝝ ⁊ armos dextros
ſeꝑauit aarō eleuās corā dn̄o: ſicut p̄ce
perat moiſes. Et extendēs manū ad po-
pulū bn̄dixit ei. ſicqꝫ cōpletis hoſtijs ꝓ
pctō ⁊ holocauſtis ⁊ pacificis deſcendit.
Ingreſſi aūt moiſes ⁊ aarō ī tabnaculū
teſtimonij ⁊ deinceps egreſſi bn̄dixerūt
ppl̄o. Apparuitqꝫ gl'a dn̄i oī multitudini
et ecce egreſſus ignis a dn̄o deuorauit
holocauſtū et adipes qui erāt ſuꝑ altare
Qd̄ cū vidiſſent turbe laudauerūt dn̄m
ruentes in facies ſuas. X

Arreptiſqꝫ nadab ⁊ abiu filij a-
a aron thuribul' impoſuerūt ignē
et incenſuꝫ deſuꝑ offerētes corā
dn̄o ignē alienū: qd̄ eis p̄ceptū nō erat.
Egreſſuſqꝫ ignis a dn̄o deuorauit eos ⁊
mortui ſūt corā dn̄o. Dixitqꝫ moiſes ad
aaron. Hoc eſt qd̄ locutꝰ eſt dn̄s. San-
ctificabor in his q̄ appropinquāt mihi: ⁊
in ꝯſpectu oīs ppl̄i glorificabor. Qd̄ au-
diēs tacuit aarō. Uocatꝫ aūt moiſes my
ſahele ⁊ eliſaphan filijs oziel patrui aa-
ron ait ad eos. Ite ⁊ tollite fr̄es vr̄os de
cōſpectu ſanctuarij: et aſportate extra ca
ſtra. Cōfeſtimqꝫ ꝑgētes tulerūt eos ſic̄
iacebāt veſtitos lineis tunicis: et eiece-
rūt foras vt ſibi fuerat imperatū. Locu
tuſqꝫ eſt moiſes ad aarō ⁊ ad eleazar et
ythamar filios eiꝰ. Capita vr̄a nolite nu
dare: et veſtimēta nolite ſcindere ne for
te moriamini: et ſuꝑ oēꝫ cetū oriat' indi-
gnatio. Fratres vr̄i et oīs domus iſrael
plangāt incendiū qd̄ dn̄s ſuſcitauit: voſ
aūt nō egrediemī fores tabernaculi ali-
oquin ꝑibitis. Oleū q̄ppe ſancte vnctō
nis eſt ſuꝑ vos. Qui fecerūt oīa iuxta p̄
ceptū moiſi. Dixitqꝫ dn̄s ad aaron. Ui-
nū ⁊ oē qd̄ inebriare pt̄ nō bibetis. tu et
filij tui qn̄ intrabitis ī tabernaculū teſti
monij ne moriamī: q2 p̄ceptū ſempiter
nū ē in generatōes vr̄as: et vt habeatis
ſcientiā diſcernēdi inter ſanctū et ꝓpha
num. inter pollutū ⁊ mundū: doceatiſqꝫ
filios iſrael oīa legitīa mea q̄ locutꝰ ſuꝫ
ad eos ꝑ manū moiſi. Locutuſqꝫ ē moi
ſes ad aarō ⁊ ad eleazar ⁊ ythamar fili-
os eius. q̄ erāt reſidui. Tollite ſacrificiū
qd̄ remāſit de oblatōe dn̄i et comedite
illud abſqꝫ fermēto iuxta altare: q2 ſan-
ctū ſanctoꝝ eſt. comedetꝫ aūt ī loco ſan-
cto qd̄ datū eſt tibi ⁊ filijs tuis de obla
tōib9 dn̄i: ſicut p̄ceptū eſt mihi. Pectu
ſculū q̄ꝫ qd̄ oblatū eſt ⁊ armū q̄ ſeꝑatus
eſt: edetis in loco mundiſſimo tu et filij
tui ⁊ filie tue tecū. Tibi enī ac liberis tu
iſ repoſita ſunt de hoſtijs ſalutarib9 filio
rū iſrl̄: eo ꝙ armū ⁊ pectꝰ ⁊ adipes q̄ cre-
mant' in altare: eleuauerūt corā dn̄o ⁊ ꝑ
tineāt ad te ⁊ ad filios tuos lege ꝑpetua
ſic̄ p̄cepit dn̄s. Inter hec hircū q̄ oblatꝰ
fuerat ꝓ peccato cū q̄reret moiſes exu-
ſtum reꝑperit: iratuſqꝫ ꝯ eleazar ⁊ ytha-
mar filios aarō q̄ remanſerāt ait Cur n̄
comediſtis hoſtiā ꝓ pctō in loco ſancto
q̄ ſancta ſanctoꝝ eſt. ⁊ data vobis vt poſ-
ſetis iniq̄tatē multitudīs ⁊ rogetis ꝓ ea
in ꝯſpectu dn̄i: p̄ſertim cū de ſanguie illi
us nō ſit illatū intra ſctā ⁊ comedere de
buerat eā in ſanctuario ſic̄ p̄ceptū ē mi
hi Rn̄dit aarō. Oblata ē hodie victima
ꝓ pctō et holocauſtū corā dn̄o: mihi aūt
accidit qd̄ vides. Quō potui comedere
eā: aut placere dn̄o in cerimonijs mēte
lugubri. Qd̄ cū audiſſet moiſes recepit
ſatiſfactionē. XI

Locutus eſt dn̄s ad moiſen ⁊ a-
l aron dicēs. Dicite filijs iſrl̄. Cu
ſtodite oīa q̄ ſcripſi vobis vt ſim
deus vr̄. Hec ſūt aīalia q̄ comedere debe
tis de cunctis aīantib9 terre. Oē qd̄ ha
bet diuiſam vngulā ⁊ ruminat in pecori
bus comedetis. Quicq̄d aūt rumīat et
hꝫ vngulā ſꝫ nō diuidit eā ſic̄ camelus ⁊
cetera. nō comedetis illud: et inter im-
mūda reputabitis. Cyrogrillus q̄ rumi
nat vngulāqꝫ nō diuidit. immundꝰ eſt:
lepus q̄ꝫ nā ⁊ ip̄e rumiat ſꝫ vngulā n̄ di
uidit. ⁊ ſus q̄ cū vngulā diuidat n̄ rumi
nat: hoꝝ carnib9 nō veſcemī nec cadaue
ra ꝯtingetis q2 immūda ſūt vobis. Hec
etiā ſunt q̄ gignunt' in aq̄s ⁊ veſci licitū
eſt. Oē qd̄ hꝫ pennulas ⁊ ſquamas tam
in mari q̄ꝫ in fluminib9 ⁊ ſtagnis come-
detis. Quicq̄d aūt pennulas ⁊ ſquamas

nō habet eoꝝ q̄ in aquis mouētur et vi
uunt. Abominabile vobis execrandūq̄
erit. Carnes eoꝝ nō comedetis ⁊ morti
cina vitabitis. Cūcta q̄ nō hn̄t pēnulas
et ſquamas i aq̄s polluta erūt. Hec ſūt
q̄ de auib⁹ comedere nō debetis. ⁊ vitā-
da ſunt vobis. Aquilā ⁊ gryphū ⁊ halye
tum ⁊ miluū ac vulturē iuxta gen⁹ ſuū.
⁊ oē coruini gn̄is i ſimilitudine ſuā ſtru
tionē ⁊ noctuā ⁊ larū ⁊ accipitrē iuxta ge
nus ſuū: bubonē ⁊ mergulū ⁊ ibin ⁊ cy-
gnū ⁊ onocrotalū et porphirionē: hero-
dionē ⁊ caradriō iuxta gen⁹ ſuū. vpupā
q̄z ⁊ veſptilionē. Oē de volucrib⁹ qđ gra
dit̄ ſuꝑ q̄ttuor pedeſ abominabile erit vo
bis. Quicq̄d aūt ambulat quidē ſuper
q̄ttuor pedes: ſed hꝫ longiora retro cru-
ra ꝑ q̄ ſalit ſuꝑ terrā comedere debetiſ vt
eſt bruchus in genere ſuo. ⁊ athac⁹ atq̄
ophimac⁹ atq̄ locuſta: ſingula iuxta ge-
nus ſuū. Quicq̄d aūt ex volucrib⁹ q̄ttu
or tm̄ hꝫ pedes execrabile erit vobis ⁊ q̄
cūq̄ morticina eoꝝ tetigerit pollueī: et
erit imund⁹ vſq̄ ad veſperā. ⁊ ſi neceſſe
fuerit vt portet q̄ppiā hoꝝ mortuū laua-
bit veſtimēta ſua: et immund⁹ erit vſq̄
ad occaſuꝫ ſolis. Oē aīal qđ hꝫ q̄dē vn
guiā ſꝫ nō diuidet eā nec rumīat immū
dū erit: et quicq̄d tetigerit illud cōtami
nabit̄. Qđ ambulat ſuꝑ man⁹ ex cūctis
aīantib⁹ q̄ incedūt q̄drupedia imundū
erit. Qui tetigerit morticina eoꝝ pollu
etur vſq̄ ad veſperū. ⁊ q̄ portauerit hu-
iuſcemōi cadauera. lauabit veſtimēta ſua
⁊ imūdus erit vſq̄ ad veſpeꝝ. q2 oīa hec
imūda ſunt vob. hec q̄z inter polluta re-
putabūtur de his q̄ mouent̄ i terra. mu
ſtela ⁊ mus ⁊ crocodrill⁹ ſinglā iuxta ge
nus ſuū migale. camelion. ⁊ ſtellio. ⁊ la
certa ⁊ talpa oīa hec imūda ſunt. qui te-
tigerit morticina eoꝝ imūd⁹ erit vſq̄
ad veſpeꝝ ⁊ ſuꝑ qđ ceciderit q̄cq̄ d̄ mor
ticinis eoꝝ pollueī. tā vas ligneū ⁊ veſti
mentū q̄ pelles ⁊ cilicia. et in quocunq̄
fit op⁹ tingeī aq̄. et polluta erūt vſq̄ ad
veſpeꝝ. ⁊ ſic poſtea mūdabūī. Uas autē
fictile in qđ hoꝝ q̄cq̄ introciderit pollue
tur ⁊ idcirco frangendū eſt. Omnis cib⁹

quē comedetis ſi fuſa fuerit ſuꝑ euꝫ aq̄
imūdus erit. ⁊ oē liq̄ns qđ bibit̄ de vni
uerſo vaſe imūduꝫ erit. Et quicquid de
morticinis huiuſcemōi ceciderit ſuꝑ il-
lud imundū erit. ſiue clibani ſiue citro-
pedes deſtrueī ⁊ immūdi erūt. Fōtes ve-
ro ⁊ ciſterne ⁊ oīs aq̄ꝝ ꝯgregatio mūda
erit. qui morticina eoꝝ tetigerit pollueī
Si ceciderit ſuꝑ ſementeꝫ non polluet
eā. Si aūt q̄ſpiā aq̄ ſemētē ꝑfuderit et
poſtea morticinis tacta fuerit ilico pollu
etur. ſi mortuū fuerit aīal qđ licꝫ vobis
comedere. q̄ cadauer ei⁹ tetigerit imun-
dus erit vſq̄ ad veſperū. Et q̄ ꝯmederit
ex eo q̄ppiā ſiue portauerit. lauabit veſti
menta ſua. ⁊ imūd⁹ erit vſq̄ ad veſpeꝝ.
Oē qđ reptat ſuꝑ terrā. abominabile e-
rit. nec aſſumeī i cibū. q̄cquid ſuꝑ pect⁹
q̄drupes g̃ditur ⁊ multos hꝫ pedes. ſiue
ꝑ humū trahit̄. n̄ ꝯmedetis q2 abomīa-
le ē. Nolite ꝯtaminare aīmas vr̄as nec
tāgetis quicq̄ eoꝝ ne immūdi ſitiſ. ego
ſum dn̄s deus vr̄. Sācti eſtote. q2 ego
ſcūs ſum. ne polluatis aīas vr̄as i oī re
ptili qđ moueī ſuꝑ trā. Ego ei ſum dn̄ſ
q̄ eduxi vos de tra egipti vt eſſeꝫ vob in
deū. ſancti eritis. q2 ego ſcūs ſum. Iſta
ē lex aīantiū ac voluc̄ꝝ ⁊ oīs aīe viuētiſ q̄
moueī i aq̄ ⁊ reptat i terra. vt differen-
tias noueritiſ mūdi ⁊ immūdi. ⁊ ſciatis
q̄d comedere ⁊ reſpuere debeatiſ. XII

Ocutuſq̄ ē dn̄s ad moiſen di-
l cens. Loq̄re filijs iſrl̄ ⁊ diceſ ad
eos. Mulier ſi ſuſcepto ſemine
peperit maſculū. immūda erit ſeptē die
bus iuxta dies ſeparōis mēſtrue. et die
octauo circūcideī iſantul⁹. ipa vero tri-
gintatrib⁹ dieb⁹ manebit i ſanguīe pu-
rificatōnis ſue. Oē ſctm̄ nō tanget nec
ingredieī in ſctūariū donec impleāī di-
es purgatōnis ſue. Sin aūt feiam pepe
rerit imūda erit duab⁹ hebdomadib⁹ iu
xta ritū fluxus mēſtrui ⁊ ſexagintaſex di
ebus manebit in ſanguīe purificatōnis
ſue. Cūq̄ expleti fuerint dies purifica-
tōis ſue ꝓ filio ſiue ꝓ filia: deferet agnū
āniclm̄ in holocaſtū et pullū colūbe ſiue
turturē pro pctō ad oſtium tabernaculi

teſtimonij ⁊ tradet ſacerdoti qui offeret
illa corã dño ⁊ orabit ꝓ ea. et ſic mũdabi
tur ꝓ fluuio ſanguis ſui. Iſta eſt lex pa
rientis maſculũ aut feminã. Qđ ſi nõ in
uenerit manus eius: nec poterit offerre
agnum: ſumet duos turtures vel duos
pullos columbaꝝ: vnũ i holocauſtũ ⁊ al
terũ ꝓ peccato. Orabitqꝫ ꝓ ea ſacerdos
et ſic mundabitur. XIII
Locutuſqꝫ eſt dñs ad moiſen et
1 aaron dicẽs. Hõ in cuius cute
et carne ortꝰ fuerit diuerſus co
loꝛ ſiue puſtula aut q̃ſi lucẽſ qppiã. i. pla
ga lepꝛe. adducet̃ ad aaron ſacerdotẽ vł
ad vnũ quẽlibet filioꝝ eius. Qui cũ vi/
derit lepꝛã in cute ⁊ pilos in albũ muta/
tos coloꝛẽ. ipamqꝫ ſpeciẽ lepꝛe humilio/
rẽ cute ⁊ carne reliq̃ plaga lepꝛe eſt: ⁊ ad
arbitriũ eiꝰ ſepabit̃. Sin aũt lucis can/
doꝛ fuerit i cute. nec humilioꝛ carne re/
liq̃ et pili coloris pꝛiſtini recludet eũ ſa/
cerdos ſeptẽ dieb ⁊ ꝯſiderabit die ſe/
ptimo. Et ſiquidẽ lep̃ vltra nõ creuerit
nec trãſierit i cute pꝛioꝛes termĩos: rur
ſum recludet eũ ſeptẽ dieb alijs: ⁊ die
ſeptĩo ꝯtemplabit̃. Si obſcurioꝛ fuerit
lep̃ et nõ creuerit in cute: mũdabit eaꝫ.
qꝛ ſcabies ẽ. lauabitqꝫ hõ veſtimẽta ſua:
et mũdus erit. Qđ ſi poſtq̃ a ſacerdote
viſus eſt ⁊ redditꝰ mũdicie iterũ lepra
creuerit adducet̃ ad eũ: ⁊ immũditie cõ
demnabit̃. Plaga lepꝛe ſi fuerit in hoĩe
adducet̃ ad ſacerdotẽ ⁊ videbit eũ. Cũ/
qꝫ coloꝛ albꝰ i cute fuerit ⁊ capilloꝝ mu/
tauerit aſpectũ. ipa q̃ꝫ caro viua apparu
erit: lepꝛa vetuſtiſſima iudicabit̃ atqꝫ in/
olita cuti. Cõtaminabit itaqꝫ eũ ſacer/
dos ⁊ nõ recludet: qꝛ ꝑſpicue immũdi/
tie eſt. Sin aũt effloꝛuerit diſcurrẽs le/
pꝛa in cute et operuerit oẽm carnẽ a ca
pite vſqꝫ ad pedes quicq̃d ſub aſpectu o/
culoꝝ cadit: ꝯſiderabit eũ ſacerdos ⁊ te
neri lep̃ mũdiſſima iudicabit: eo ꝙ oĩs
in candoꝛẽ verſa ſit: et idcirco homo mũ
dus erit. Quãdo vero caro viuẽs in eo
apparuerit tũc ſacerdotis iudicio pollue
tur et inter immũdos reputabitur. Ca
ro eni viua ſi lepꝛa aſꝑgit̃ immunda eſt
Qđ ſi rurſum verſa fuerit in alboꝛẽ ⁊ totũ
hoĩem operuerit cõſiderabit eos ſacer/
dos. et mundũ eſſe decernet. Caro aũt ⁊
cutis in q̃ vlcus natuꝫ eſt ⁊ ſanatũ. ⁊ in
loco vlceris cicatrix alba apparuerit ſiue
ſubrufa: adducet̃ homo ad ſacerdotem.
Qui cũ viderit locũ lepꝛe hũilioꝛẽ car/
ne reliq̃. et pilos verſos in candoꝛẽ cõta
minabit eũ. Plaga eni lepꝛe oꝛta ẽ in vl
cere. Qđ ſi pilꝰ coloris pꝛiſtini cicatrix ſub
obſcura et vicina carne nõ eſt humilioꝛ
recludet eũ ſeptẽ dieb. Et ſiquidẽ cre
uerit. adiudicabit eũ lepꝛe. ſin aũt ſtete/
rit in loco ſuo vlceris eſt cicatrix ⁊ homo
mundus erit. Caro aũt et cutis quam
ignis exuſſerit ⁊ ſanata: albã ſiue rufam
habuerit cicatricẽ: cõſiderabit eã ſacer/
dos. Et ecce ſi verſa eſt in alboꝛẽ. et locꝰ
eiꝰ reliq̃ cute eſt hũilioꝛ: ꝯtaminabit eũ
qꝛ plaga lepꝛe i cicatrice oꝛta eſt. ꝙ ſi pi
loꝝ coloꝛ nõ fuerit immutatꝰ nec humi
lioꝛ plaga carne reliq̃ ⁊ ipa lepꝛe ſpẽs fue
rit ſubobſcura. recludet eã ſeptẽ dieb
et die ſeptimo ꝯtemplabit̃. Si creuerit
in cute lepꝛa cõtaminabit eũ: ſin aũt in
loco candoꝛ ſteterit nõ ſatis clarus pla/
ga cõbuſtionis eſt. et idcirco mundabit̃
qꝛ cicatrix eſt cõbuſture. Vir ſiue muli/
er in cuiꝰ capite vel barba germinauerit
lepꝛa videbit eos ſacerdos. Et ſiquidẽ
humilioꝛ fuit locus carne reliqua et ca/
pillus flauus. ſolitoqꝫ ſubtilioꝛ ꝯtamĩa
bit eos. qꝛ lep̃ capitis ac barbe eſt. Sin
aũt viderit locũ macule equalẽ vicine
carni ⁊ capillũ nigrũ: recludet eos ſeptẽ
diebus et die ſeptimo intuebit̃. Si nõ
creuerit macula et capillus ſui coloris
eſt. et locus plage carni relique equalis
radetur homo abſqꝫ loco macule. et re/
cludetur ſeptẽ dieb alijs. Si die ſepti/
mo viſa fuerit ſtetiſſe plaga in loco ſuo
nec humilioꝛ carne reliqua mũdabit eũ
lotiſqꝫ veſtib ſuis: mũdꝰ erit. Sin aũt
poſt emundationẽ rurſus creuerit ma/
cula in cute nõ queret amplius vtrũ ca
pillus in flauũ coloꝛem ſit cõmutatus.
quia aperte immundus eſt. Porro ſi
ſteterit macula et capilli nigri fuerint:

nouerit hoīem ſanatū eſſe. ⁊ cōſidenter
eū ꝓficiet mundū. Uir ſiue mulier in
cuiꝰ cute cādoꝛ appꝑuerit: intuebit̃ eos
ſacerdos. Si dep̄hēderit ſubobſcurum
alboꝛē lucere ī cute ſciat nō eſſe leprā: ſꝫ
maculā coloꝛis cādidi ⁊ hoīem mundū.
Uir de cuiꝰ capite capilli fluūt: caluꝰ et
mūdus eſt. Et ſi a frōte ceciderit pili:
recaluaſter ⁊ mundꝰ eſt. Sin aūt ī calui
tio ſiue ī recaluatōe albꝰ vel rufus coloꝛ
fuerit exoꝛtꝰ: ⁊ h̄ ſacerdos viderit ꝯdēna
bit eū haud dubie lep̄ q̄ oꝛta eſt in calui
tio. Quicūqꝫ ḡ maculatꝰ fuerit lep̄ ⁊ ſe/
paratꝰ ē ad arbitriū ſacerdotis. hēbit ve
ſtimēta diſſuta. caput nudū. os veſte cō
tectū. cōtaminatū ac ſoꝛdidū ſe clama/
bit. Oī tp̄e q̄ leproſus ē ⁊ immundꝰ ſo/
lus hītabit extra caſtra. Ueſtis lanea ſi
ue linea q̄ leprā habuerit in ſtamīe atqꝫ
ſubtegmīe aut certe pellis. l' q̄cq̄d ex pel
le ꝯfectū ē. ſi alba vl' rufa macula fuerit
infecta lep̄ reputabit̃ oſtēdetqꝫ ſacerdoti.
Qui cōſideratā recludat ſeptē diebꝫ et
die ſeptīo rurſus aſpiciēs. ſi dep̄hēderit
creuiſſe: lep̄ pſeuerās ē pollutū iudica/
bit veſtimētū ⁊ oē in q̄ fuerit inuēta. et
idcirco ꝯburet̃ flāmis. Q̄ ſi eā viderit n̄
creuiſſe: p̄cipiet ⁊ lauabūt id ī q̄ lep̄ eſt.
recludetqꝫ illud ſeptē diebꝫ alijs. Et cū
viderit faciē q̄dē priſtinā n̄ reuerſā, nec
tn̄ creuiſſe leprā īmundū iudicabit ⁊ ig
ne cōburet eo q̄ infuſa ſit in ſupꝑficie ve
ſtimēti vel ꝑ totū lep̄. Sin aūt obſcuri/
oꝛ fuerit locꝰ lepꝛe poſtqꝫ veſtis eſt lota:
abꝛumpet eū ⁊ a ſolido diuidet. Q̄ ſi vl
tra apparuerit ī his locis q̄ priꝰ īmacu/
lata erāt lep̄ volatil' ⁊ vaga dꝫ igne ꝯbu/
ri. Si ceſſauerit lauabit aq̄ ea que pura
ſūt ſcđo ⁊ mūda erūt. Iſta eſt lex lep̄ ve
ſtimēti lanei ⁊ linei. ſtamīs atqꝫ ſubte/
gmīs oīſqꝫ ſuppellectil' pellicee: quō mū
dari debeat vel cōtaminari. XIIII

Locutuſqꝫ eſt dn̄s ad moiſen di
I cēs. Hic eſt ritꝰ leproſi q̄n mū/
dandus ē. Adducet̃ ad ſacerdo/
tē. Qui egreſſus de caſtris cū inuenerit
leprā eſſe mundatā, p̄cipiet ei q̄ purifi/
catur vt offerat duos paſſeres viuos ꝓ
ſe quos veſci licitū eſt et lignū cedrinū
vermiculūqꝫ et hyſopū. Et vnū ex paſſe
ribꝫ īmolari iubebit in vaſe fictili ſuper
aq̄s viuētes: aliū aūt viuū cū ligno ce/
drino ⁊ cocco ⁊ hyſopo. tinget in ſangui
ne paſſeris īmolati q̄ aſꝑget illū q̄ mū/
dandus eſt ſepties vt iure purget̃. et di
mittet paſſerē viuū vt in agrū auolet.
Cūqꝫ lauerit homo veſtimēta ſua: radet
oēs pilos coꝛpis ⁊ lauabit̃ aq̄. purifica/
tuſqꝫ ingrediet̃ caſtra ita dūtaxat vt ma
neat extra tabernaculū ſuū ſeptē diebꝫ.
et die ſeptīa radet capillos capitis: bar/
bāqꝫ ⁊ ſupcilia ac totiꝰ coꝛpis pilos. Et
lotis rurſum veſtibꝫ ⁊ coꝛpe. die octauo
ſumet duos agnos immaculatos. ⁊ ouē
anniculā abſqꝫ macula. et tres decimas
ſimile in ſacrificiū q̄ cōſpſa ſit oleo. et ſe
oꝛſum olei ſextariū. Cūqꝫ ſacerdos puri
ficans hoīem ſtatuerit eū. ⁊ hec oīa corā
dn̄o in oſtiū tabernaculi teſtimonij tol/
let agnū ⁊ offeret eū ꝓ delicto. oleiqꝫ ſe/
xtariū. Et oblatis ante dn̄m oībꝫ imo/
labit agnū vbi ſolet īmolari hoſtia ꝓ pec
cato. et holocauſtū. i. in loco ſancto. Si
cut eni ꝓ pctō ita et ꝓ delicto ad ſacerdo
tē ꝑtinet hoſtia: ſancta ſanctoꝝ eſt. Aſſu
mēſqꝫ ſacerdos de ſanguīe hoſtie q̄ īmo
lata ē ꝓ delicto. ponet ſup extremū auri/
cule dextre eiꝰ q̄ mundat̃. et ſup pollices
manus dextre ⁊ pedis. ⁊ de oleo ſextario
mittet in manū ſuā ſiniſtrā tingetqꝫ di/
gitū dextrū in eo ⁊ aſꝑget corā dn̄o ſepti
es. Qđ aūt reliquū eſt olei ī leua manu
fundet ſup extremū auricule dextre eiꝰ
q̄ mundat̃. et ſup pollices manꝰ ac pedis
dextri. et ſup ſanguinē q̄ effuſus eſt ꝓ de
licto ⁊ ſup caput eiꝰ. Rogabitqꝫ ꝓ eo co
ram dn̄o: et faciet ſacrificium ꝓ peccato.
Tūc īmolabit holocauſtū et ponet illud
in altari cū libamētis ſuis: ⁊ hō rite mū
dabit̃. Q̄ ſi paup eſt ⁊ nō pt manus eiꝰ
inuenire q̄ dicta ſunt: ꝓ delicto aſſumet
agnū ad oblationem vt roget pꝛo eo ſa/
cerdos. decimāqꝫ ꝑtem ſimile cōſperſe
oleo in ſacrificium. et olei ſextariū: duoſ
qꝫ turtures ſiue duos pullos columbe.
quoꝛum vnus ſit pꝛo peccato. et alter in

holocauſtũ. offeretq́ꝫ ea die octauo puri-
ficatõis ſue ſacerdoti ad oſtiũ tabnaculi
teſtimonij corã dño. qui ſuſcipiẽs agnũ
ꝓ delicto et ſextariũ olei leuabit ſimul:
immolatoq́ꝫ agno de ſanguie eiꝰ ponet
ſupꝫ extremũ auricule dextre eiꝰ q̄ mun
dat̃: ⁊ ſupꝫ pollices manꝰ eius ac pedis dex
tri. Olei vero ꝑtẽ mittet ĩ manu ſuã ſi-
niſtrã: ĩ q̄ tinges digitũ dextre manꝰ aſpꝫ
get ſepties ꝯ dñm. tãgetq́ꝫ extremũ dex
tre auricule illiꝰ q̄ mundat̃ ⁊ pollices ma
nus ac pedis dextri: in loco ſanguis qui
effuſus eſt ꝓ delicto. Reliquã aũt partẽ
olei q̄ eſt in ſiniſtra manu mittet ſupꝫ ca
put purificati vt placet ꝓ eo dñm et tur
turẽ ſiue pullũ colũbe offeret vnũ ꝓ de-
licto et alterũ in holocauſtũ cũ libamen
tis ſuis. Hoc eſt ſacrificiũ leproſi q̄ hr̃e
nõ ꝑt oĩa in emundationẽ ſui. Locutuſ-
q́ꝫ eſt dñs ad moiſen ⁊ aarõ dicẽs. Cũq́ꝫ
ingreſſi fueritis terrã chanaan quã ego
dabo vob̃ in poſſeſſionẽ ſi fuerit plaga le
pre in edib9 ibit cuiꝰ eſt domus nuncians
ſacerdoti ⁊ dicet. Quaſi plaga lepre vi-
det̃ mihi eſſe in domo mea. At ille p̃ci-
piet vt efferant̃ vniuerſa de domo priuſ
q́ꝫ ingrediat̃ eã ⁊ videat vtrũ leproſa ſit
ne immũda fiãt oĩa q̄ in domo ſũt. In-
trabitq́ꝫ poſtea vt ꝯſideret leprã domꝰ ⁊
cũ viderit in parietib9 illiꝰ q̄ſi valliculaſ
pallore ſiue rubore deformes ⁊ humilio
res ſupꝑficie reliq̃: egrediet̃ oſtiũ domus
et ſtati claudet illã ſeptẽ dieb9: reuerſuſ
q́ꝫ die ſeptĩo ꝯſiderabit eã. Si inuene-
rit creuiſſe leprã: iubebit erui lapides in
q̄b9 lep̃ eſt. et ꝓijci eos extra ciuitatẽ in
locũ immundũ. domũ aũt ipãm radi in
trinſecus ꝑ circuitũ ⁊ ſpargi puluerẽ ra
ſure extra vrbẽ in locũ imundũ: lapideſ
q́ꝫ alios reponi ꝓ his q̄ ablati fuerãt. et
luto alio liniri domũ. ſin aũt poſtq́ꝫ eruti
ſunt lapides et puluis elatus ⁊ alia ĩra
lita: ingreſſus ſacerdos viderit reuerſaꝫ
leprã ⁊ parietes reſꝑſos maculis: lepra
eſt ꝑſeuerãs ⁊ immunda domus. Quã
ſtatim deſtruẽt ⁊ lapides eiꝰ ac ligna atꝫ
vniuerſuꝫ puluerẽ ꝓijciẽt extra oppidũ
in locũ immundũ. Qui intrauerit do-
mum q̄ñ clauſa eſt immundus erit vſq́ꝫ
ad veſperũ. ⁊ qui dormierit in ea ⁊ come
derit quippiã: lauabit veſtimẽta ſua. Q̃
ſi introiẽs ſacerdos viderit leprã nõ cre
uiſſe ĩ domo poſtq́ꝫ denuo lita fuerit. pu
rificabit eã reddita ſanitate. et in purifi
catõe eius ſumet duoſ paſſeres lignũq́ꝫ
cedrinũ ⁊ vermiculũ atq́ꝫ hyſopũ ⁊ imo
lato vno paſſere ĩ vaſe fictili ſupꝫ aquas
viuas. tollet lignũ cedrinũ ⁊ hyſopũ et
coccũ et paſſerẽ viuũ et tinget oĩa ĩ ſan-
guine paſſeris ĩmolati. atq́ꝫ in aquis vi
uentib9 ⁊ aſꝑget domũ ſepties purifica
bitq́ꝫ eã tã in ſanguĩe paſſeris q́ꝫ in aq̄s
viuentib9. ⁊ ĩ paſſere viuo lignoq́ꝫ cedri
no ⁊ hyſopo atq́ꝫ vermiculo. Cũq́ꝫ dimi
ſerit paſſerẽ auolare ĩ agrũ libere orabit
ꝓ domo ⁊ iure mundabit̃. Iſta ẽ lex oĩs
lepre ⁊ ꝑcuſſure. lepre veſtiũ et domoꝝ:
cicatricis ⁊ erumpentiũ papularũ: lucẽ-
tis macule ⁊ in varias ſpẽs colorib9 im-
mutatis: vt poſſit ſciri quo tp̃e munduꝫ
q̄d vel immundũ ſit.
XV
Locutuſq́ꝫ eſt dñs ad moiſen et
l aarõ dicẽs. Loquimini filijs iſ-
rael et dicite eis. Uir q̄ patitur
fluxũ ſeminis immundus erit. et tũc iu
dicabit̃ huic vicio ſubiacere: cũ ꝑ ſingu
la momẽta adheſerit carni eiꝰ atq́ꝫ cõcre
uerit fedus humor. Omne ſtratũ in q̄
dormierit immundũ erit ⁊ vbicũq́ꝫ ſede
rit. Si quis hoĩm tetigerit lectũ eius la
uabit veſtimẽta ſua ⁊ ipẽ lotus aqua im
mundus erit vſq́ꝫ ad veſperũ. Si ſede-
rit vbi ille ſederat et ipẽ lauabit veſtimẽ
ta ſua. et lotus aqua immundꝰ erit vſq́ꝫ
ad veſperũ. Qui tetigerit carnẽ eius. la
uabit veſtimẽta ſua et ipẽ lotꝰ aqua im-
mundus erit vſq́ꝫ ad veſperũ. Si ſaliuã
huiuſcemodi homo iecerit ſupꝫ eũ q̄ mũ
dus eſt: lauabit veſtimẽta ſua. et lotꝰ aq̄
immũdꝰ erit vſq́ꝫ ad veſperũ. Sagina
ſupꝫ q̄d ſederit immundũ erit. ⁊ quicq̄d
ſub eo fuerit qui fluxum ſeminis patit̃:
pollutũ erit vſq́ꝫ ad veſperũ. Qui porta-
uerit hoꝝ aliquid lauabit veſtimẽta ſua
et ipẽ lotus aq̄ immundus erit vſq́ꝫ ad
veſperũ. Omnis quẽ tetigerit qui talis

eſt nõ lotis ante manib⁹ lauabit veſtimẽ
ta ſua: ⁊ lotus aq̃ immũdus erit vſq; ad
veſperũ. Uas fictile qḋ tetigerit ↄfrin-
get: vas aũt ligneũ lauabit̃ aq̃. Si ſana
tus fuerit qui huiuſcemodi ſuſtinet paſ
ſionẽ numerabit ſeptẽ dies poſt emun
dationẽ ſui. et lotis veſtib⁹ ⁊ toto corpe
in aq̃s viuentib⁹ erit mũdus. Die autẽ
octauo ſumet duos turtures aut duos
pullos colũbe. et veniet in cõſpectu dñi
ad oſtiũ tabernaculi teſtimonij: dabitq;
eos ſacerdoti. Qui faciet vnũ ꝓ peccato
⁊ alterũ in holocauſtũ: rogabitq; pro eo
corã dño vt emundet̃ a fluxu ſemis ſui.
Uir de quo egrediet̃ ſemen coitus: laua
bit aq̃ oẽ corpus ſuũ: ⁊ immundus erit
vſq; ad veſperũ. Ueſtẽ ⁊ pellẽ quã habu
erit: lauabit aq̃ ⁊ immũda erit vſq; ad ve
ſperũ. Mulier cũ qua coierit lauabit̃ aq̃
et immũda erit vſq; ad veſperũ. Muli-
er q̃ redeũte mẽſe patit̃ fluxũ ſanguinis
ſeptẽ dieb⁹ ſeꝑabit̃. Dis q̃ tetigerit eã
immund⁹ erit vſq; ad veſperã et loc⁹ in
quo dormierit vel ſederit dieb⁹ ſeꝑatio-
nis ſue polluet̃. Qui tetigerit lectũ ſuũ
lauabit veſtimẽta ſua. ⁊ ipẽ lotus aq̃ im
mundus erit vſq; ad veſperũ. Dĩe vas
ſuꝑ qḋ illa ſederit quiſq̃s attigerit. laua
bit veſtimẽta ſua: et ipẽ lotus aq̃ pollu-
tus erit vſq; ad veſperũ. Si coierit cũ
ea vir tpe ſanguinis mẽſtrualis immũ
dus erit ſeptẽ dieb⁹ et oĩe ſtratũ in q̃
dormierit polluet̃. Mulier q̃ patit̃ mul-
tis dieb⁹ fluxũ ſanguis nõ ĩ tpe mẽſtru
ali vel q̃ poſt menſtruũ ſanguinẽ fluere
nõ ceſſat q̃diu ſubiacet huic paſſioni:
immũda erit q̃ſi ſit in tpe mẽſtruo. Dẽ
ſtratũ ĩ q̃ dormierit ⁊ vas ĩ q̃ ſederit pol
lutũ erit. Quicũq; tetigerit eã lauabit
veſtimẽta ſua. et ipẽ lot⁹ aq̃ immunduſ
erit vſq; ad veſperũ. Si ſteterit ſanguis
et fluere ceſſauerit numerabit ſeptẽ di-
es purificatõis ſue: ⁊ die octauo offeret
ꝓ ſe ſacerdoti duos turtures aut duos
pullos colũbaꝝ ad oſtiũ tabernaculi te-
ſtimonij: qui vnũ faciet ꝓ pctõ et alterũ
in holocauſtũ. rogabit ꝓ ea corã dño. et
pro fluxu immunditie eius. Docebitis
ergo filios iſrael vt caueãt immũdicias
et nõ moriant̃ in ſordib⁹ ſuis cũ pollue-
rint tabernaculũ meũ: qḋ eſt inter eos.
Iſta eſt lex ei⁹ q̃ patit̃ fluxũ ſemis ⁊ qui
polluit̃ coitu. et q̃ mẽſtruis tpib⁹ ſepara
tur. vel q̃ iugi fluit ſanguine et hominis
qui dormierit cum ea. XVI
Locutuſq; eſt dominus ad moi
1 ſen poſt mortẽ duoꝝ filioꝝ aarõ
qñ offerẽtes ignẽ alienũ inter-
fecti ſunt. et ꝑcepit ei dicẽs. Loq̃re ad a-
aron frẽz tuũ ne oĩ tpe ĩgrediat̃ ſanctua
riũ qḋ ẽ intra velũ corã ꝓpiciatorio q̃ te-
git̃ arcã vt nõ moriat̃: q꞉ ĩ nube apparebo
ſuꝑ oraculũ niſi hec añ fecerit. Uitulũ ꝓ
pctõ offeret ⁊ arietẽ ĩ holocauſtũ. Tuni
ca linea veſtiet̃: feminalib⁹ lineis verẽda
celabit. Accinget̃ ȥona linea: cydarim li
neã imponet capiti. Hec enĩ veſtimẽta
ſunt ſancta: q̃b⁹ cũctis cũ lot⁹ fuerit in-
duet̃. Suſcipietq; ab vniuerſa multitu
dine filioꝝ iſrael duos hircos ꝓ pctõ et
vnũ arietẽ in holocauſtũ. Cũq; obtule-
rit vitulũ et orauerit ꝓ ſe ⁊ ꝓ domo ſua
duos hircos ſtare faciet corã dño ĩ oſtio
tabernaculi teſtimonij: mittẽſq; ſuꝑ v-
trunq; ſortẽ. vnã dño: et alterã capro e-
miſſario: cuius exierit ſors domino offe
ret illum ꝓ peccato: cui⁹ autẽ in caprum
emiſſariũ ſtatuet eum viuũ corã domi-
no vt fundet ꝑces ſuꝑ eum. et emittat
eã in ſolitudinẽ. His rite celebratis of-
feret vitulum et rogãs ꝓ ſe ⁊ pro domo
ſua: immolabit eum. Aſſumptoq; thuri
bulo qḋ de prunis altaris impleuerit. ⁊
hauriẽs manu ↄpoſitum thymiama in
incenſum: vltra velũ intrabit in ſancta
vt poſitis ſuꝑ ignẽ aromatib⁹ nebula eo
rum ⁊ vapor operiat oraculũ qḋ eſt ſuꝑ
teſtimoniũ et nõ moriat̃. Tollet q̃q; de
ſanguĩe vituli et aſꝑget digito ſepties
ↄ ꝓpiciatoriũ ad orientẽ. Cũq; mactaue
rit hircũ ꝓ pctõ ppli: inferet ſanguinẽ
eius intra velũ ſicut ꝑceptum eſt de ſan
guine vituli vt aſpergat e regione ora-
culi: et expiet ſanctuarium ab immun-
ditijs filiorũ iſrael. et a preuaricationi-
bus eoꝝ: cunctiſq; peccatis. Iuxta hũc

ritū faciet tabernaculo teſtimonij quod
fixū eſt inter eos in medio ſortiū habi/
tatōis eoꝝ. Nullus hoīm ſit in taberna/
culo qn̄ pontifex ſanctuariū ingredit̄ vt
roget ꝓ ſe ⁊ ꝓ domo ſua ⁊ ꝓ vniuerſo ce
tu iſrl̄ donec ingrediat̄ tabernaculū. Cū
aūt exierit ad altare qḋ corā dn̄o eſt oret
ꝓ ſe. ⁊ ſumptū ſanguinē vituli atꝫ hirci
fundat ſuꝑ cornua eiꝰ ꝑ gyrū: aſpergēſqꝫ
digito ſepties. expiet ⁊ ſanctificet illud
ab immūdicijs filioꝝ iſrl̄. Poſtq̄ȝ emū/
dauerit ſanctuariū ⁊ tabernaculū ⁊ alta
re. tūc offerat hircū viuētē. ⁊ poſita vtra
qꝫ manu ſuꝑ caput eiꝰ. cōfiteat̄ oēs iniq̄
tates filioꝝ iſrl̄ ⁊ vniuerſa delicta atꝫ pec
cata eoꝝ q̄ imprecās capiti eiꝰ emittet il
lū ꝑ hoīez patū in deſerto. Cūqꝫ portaue
rit hircꝰ oēs iniq̄tates eoꝝ ī terrā ſolita/
riā ⁊ dimiſſus fuerit ī deſerto reuertet̄ ī
tabernaculū teſtimonij. ⁊ depoſitis veſti
bus qbꝰ prius indutus erat cū intraret
ſanctuariū relictiſqꝫ ibi. lauabit carnem
ſuā ī loco ſancto: induet̄qꝫ veſtibꝰ ſuis.
Et poſtq̄ȝ egreſſus obtulerit holocauſtū
ſuū ac plebis. rogabit tā ꝓ ſe q̄ȝ ꝓ pplo.
et adipē q̄ oblatꝰ eſt ꝓ peccatis adolebit
ſuꝑ altare. Ille v̄o q̄ dimiſerit caprū e/
miſſariū: lauabit veſtimēta ſua ⁊ corpus
aq̄. et ſic ingrediet̄ in caſtra. vitulū aūt ⁊
hircū q̄ ꝓ pctō fuerāt immolati ⁊ quorū
ſanguis illatꝰ eſt in ſanctuariū vt expia/
tio cōpleret̄: aſportabit foras caſtra. ⁊ cō
burēt igni tā pelles q̄ȝ carnes eoꝝ ac fi/
mū ⁊ quicūqꝫ ꝯbuſſerit ea: lauabit veſti
mēta ſua ⁊ carnē aq̄ ⁊ ſic īgrediet̄ caſtra
Eritqꝫ vobis hoc legitimū ſempiternū.
Menſe aūt ſeptimo: decima die mēſis
affligetis aīas vr̄as: nullūqꝫ opus facie/
tis ſiue indigena ſiue aduena q̄ ꝑegri/
nat̄ inter vos. In hac die expiatio erit ve
ſtri atqꝫ mūdatio ab oībꝰ peccatis vr̄is
corā dn̄o mundabimini. Sabbatū enī
requietōis eſt et affligetis aīas veſtras
religione ꝑpetua. Expiabit aūt ſacerdos
q̄ vnctus fuerit et cuiꝰ manus initiate
ſunt vt ſacerdotio fungat̄ ꝓ patre ſuo.
Indueturqꝫ ſtola linea et veſtibꝰ ſanctꝭ
et expiabit ſanctuariū ⁊ tabernaculū te
ſtimonij atqꝫ altare: ſacerdotes q̄ȝ ⁊ vni
uerſum pplm̄. Eritqꝫ h̄ vobis legitimū
ſempiternū ⁊ orētis ꝓ filijs iſrl̄. ⁊ ꝓ cun
ctis peccatis eorū ſel̄ in anno. Fecit igit̄
ſicut p̄cepat dn̄s moiſi.

XVII

Locutꝰ eſt dn̄s ad moiſen di/
e ces. Loq̄re aaron ⁊ filijs eius et
cūctis filijs iſrael: dicēs ad eos
Iſte eſt ſermo quē mādauit dn̄s dicēs.
Hō q̄libet de domo iſrl̄ ſi occiderit bouē
aut ouē ſiue caprā ī caſtris vel extra ca/
ſtra. et nō obtulerit ad oſtiū tabernaculi
oblationē dn̄o: ſanguis reꝰ erit. Quaſi
ſi ſanguinē fuderit ſic ꝑibit de medio po
puli ſui. Ideo ſacerdoti offerre dn̄t fi/
lij iſrael hoſtias ſuas q̄s occidūt in agro
vt ſanctificent̄ dn̄o an̄ oſtiū tabernacu/
li teſtimonij. et imolēt eas hoſtias paci/
ficas dn̄o. Fundetqꝫ ſacerdos ſanguinē
ſuꝑ altare dn̄i ad oſtiū tabernaculi teſti/
monij: et adolebit adipē in odorē ſuaui
tatis dn̄o. ⁊ nequaq̄ȝ vltra imolabūt ho
ſtias ſuas demonibꝰ cū q̄bus fornicati
ſunt. Legitimū ſempiternū erit illis et
poſteris eoꝝ. Et ad ipſos dices. Hō de fi
lijs iſrl̄ ⁊ de aduenis q̄ ꝑegrinant̄ apud
vos q̄ obtulerit holocauſtū ſiue victimā
et ad oſtiū tabernaculi teſtimonij nō ad
duxerit eā vt offerat dn̄o interibit de po
pulo ſuo. Hō q̄libet de domo iſrael ⁊ de
aduenis q̄ ꝑegrinant̄ inter vos ſi come
derit ſanguinē obfirmabo faciē meā ꝯ
aīaȝ illiꝰ. ⁊ diſꝑdā eā de populo ſuo: quia
anima carnis in ſanguine eſt. et ego de/
di illū vobis vt ſuper altare in eo expie/
tis ꝓ animabus veſtris: et ſanguis ꝓ a/
nime piaculo ſit. Idcirco dixi filijs iſrl̄.
Omnis anima ex vobis nō comedet ſan
guinē. nec ex aduenis qui ꝑegrinant̄ a/
pud vos. Homo quicūqꝫ de filijs iſrael
et de aduenis q̄ ꝑegrinant̄ apud vos. ſi
venatōne atqꝫ aucupio ceperit ferā vel a/
uem quibus veſci licitū eſt: fundat ſan/
guinē eius ⁊ operiat illuȝ terra. Aīa enī
omnis carnis in ſanguine eſt. Unde di
xi filijs iſrael. Sanguinē vniuerſe car/
nis nō ꝯmedetis. q2 aīa carnis ī ſangui
ne eſt. et q̄cūqꝫ comederit illū interibit

Aīa q̄ comederit morticinū vel captū a
beſtia. tā de indigenis q̄ȝ de aduenis la/
uabit veſtimēta ſua ⁊ ſemetipm̄ aq̄ et cō
taminat⁹ erit vſqȝ ad veſperū. et h̄ ordīe
mūd⁹ fiet. Q̄ ſi n̄ lauerit veſtimēta ſua
vl' corp⁹ portabit iniq̄tatē ſuā. XVIII
Ocutuſqȝ ē dn̄s ad moiſen di/
l cēs. Loq̄re filijs iſrl' ⁊ dices ad
eos. Ego ſuȝ dn̄s de⁹ vr̄. Juxta
cōſuetudinē terre egypti in q̄ habitaſtiſ
nō facietȝ: et iuxta morē regionis chana
an ad quā ego introductur⁹ ſum vos: nō
agetiſ. nec in legitimis eoꝝ ambulabitȝ
Facietis iudicia mea ⁊ p̄cepta mea ſua
bitis ⁊ ābuletis in eis. Ego dn̄s de⁹ vr̄.
Cuſtodite leges meas atqȝ iudicia q̄ faci
ens hō viuet ī eis. Ego dn̄s de⁹ vr̄. Oīs
hō ad ꝓximā ſanguīs ſui nō accedet vt
reuelet turpitudinē ei⁹. Ego dn̄s. Tur
pitudinē pr̄is tui ⁊ turpitudinē matris
tue nō diſcooperies. Mater tua eſt: nō
reuelab turpitudinē ei⁹. Turpitudinē
vxoris pr̄is tui nō diſcoopies. Turpitu/
do enī pr̄is tui eſt. Turpitudinē ſororis
tue ex pr̄e ſiue ex matre q̄ domi vel foris
genita eſt nō reuelabis. Turpitudinē
filie filij tui l' neptis ex filia nō reuelab
q꞉ turpitudo tua ē. Turpitudinē filie v/
xoris pr̄is tui quā pepit pr̄i tuo ⁊ eſt ſo/
ror tua nō reuelabiſ. Turpitudinē ſoro
ris pr̄is tui nō diſcoopies q꞉ caro eſt pa
tris tui. Turpitudinē ſororȝ matris tue
nō reuelabiſ eo ꝙ caro ſit mr̄is tue Tur
pitudinē patrui tui nō reuelabiſ. nec ac
cedes ad vxorē ei⁹ q̄ tibi affinitate ꝯiun
gitur. Turpitudinē nurus tue nō reue
labis: q꞉ vxor filij tui ē. nec diſcoopies ig
nominiā ei⁹. Et vxorē fratris tui nulluſ
accipiat. Turpitudinē vxoris fratris tui
nō reuelabis: q꞉ turpitudo fr̄is tui eſt.
Turpitudinē vxoris tue ⁊ filie ei⁹ nō re
uelabis. Filiā filij ei⁹ et filiā filie illi⁹ nō
ſumes vt reueles ignominiā eius: q꞉ ca
ro illius ſunt. et talis coitus inceſtus ē
Sororē vxoris tue in pelicatū illius nō
accipies: nec reuelabis turpitudinē ei⁹
adhuc illa viuēte. Ad mulierē q̄ patitur
menſtrua nō accedes: nec reuelabis fe/
ditatē eius. Cū vxore ꝓximi tui nō coi/
bis. nec ſeminis cōmixtione maculabe/
ris. De ſeīe tuo nō dabis vt cōſecretur
idolo moloch: nec pollues nomē dei tui.
Ego dn̄s. Cū maſculo nō cōmiſcearis
coitu femineo: q꞉ abominatio eſt. Cū oī
pecore nō coibis: nec macularis cū eo
Mulier nō ſuccumbet iumēto nec mi/
ſcebit ei: q꞉ ſcelus eſt. Nec polluamini ī
oīb꞉ his quib꞉ cōtaminate ſunt vniuer
ſe gētes q̄s ego eijciā an̄ ꝯſpectū veſtrū.
et q̄b꞉ polluta eſt terra cui⁹ ego ſcelera vi
ſitabo: vt euomat habitatores ſuos cu/
ſtodite legitia mea atqȝ iudicia vt nō fa/
ciatis ex oīb꞉ abomīatoīb꞉ iſtis tā idige/
na q̄ȝ colon⁹ q̄ pegrinať apud vos. Oēs
enī execratōes iſtas fecerūt accole terre
q̄ fuerūt an̄ vos ⁊ polluerūt eā. Cauete ḡ
ne ⁊ vos ſil'r euomat cū paria feceritis:
ſic euomit gentē q̄ fuit an̄ vos. Oīs aīa
q̄ fecerit de abominationib꞉ his q̄ppiaȝ
pibit de medio ppl'i ſui. Cuſtodite māda
ta mea. Nolite facere q̄ fecerūt hi q̄ fue/
runt ante vos. et ne polluamini in eis.
Ego dn̄s deus veſter. XIX
Ocutus eſt dn̄s ad moiſen di/
l cens. Loq̄re ad oēm cetū filiorū
iſrael: et dices ad eos. Sancti
eſtote: q꞉ ego ſanctus ſum dn̄s deus ve
ſter. Vnuſq̄ſqȝ patrē ſuū et matrē ſuaȝ
timeat. Sabbata mea cuſtodite. Ego
dn̄s deus veſter. Nolite cōuerti ad ido/
la: nec deos ꝯflatiles facietiſ vobis. Ego
dominus deus veſter. Si immolaueri/
tis hoſtiam pacificorū domino vt ſit pla
cabilis: eo die quo fuerit immolata co/
medetis eam et die altero. Quicquid
autem reſiduū fuerit in diē tercīū: igne
cōburetis. Si quis poſt biduū comede
rit ex ea ꝓphanus erit et impietatis re/
us: portabitqȝ iniquitatem ſuā. quia ſan
ctum dn̄i polluit: ⁊ pibit aīa illius de po
pulo ſuo. Cūqȝ meſſueris ſegetes terre
tue nō tondebis vſqȝ ad ſolū ſuperficiē
terre: nec remanētes ſpicas colliges ne
qȝ in vinea tua racemos ⁊ grana decidē
tia ꝯgregabis: ſed paupib꞉ ⁊ peregrinis
carpēda dimittes. Ego dn̄s de⁹ veſter.

Nõ facietis furtũ: nõ mẽtiemini. nec de
cipiet vnuſquiſqȝ ꝓximũ ſuũ. Nõ ꝑiurabiſ
in noĩe meo: nec polles nomẽ dei tui.
Ego dñs. Nõ facieſ calumniã ꝓxĩo tuo
nec vi opprimes eũ. Nõ morabit̃ opus
mercennarij tui apud te vſqȝ mane. nõ
maledices ſurdo: nec corã ceco pones of
fendiculũ ſed timebis dñm deũ tuũ. qꝛ
ego ſum dñs. Nõ facieſ qḋ iniquũ ẽ nec
iniuſte iudicabiſ nõ ꝯſideres ꝑſonã pau
peris: nec honores vultũ potẽtis. Juſte
iudica ꝓxĩo tuo. Nõ eris criminator nec
ſuſurro in ꝑplis. nõ ſtabis ꝯ̃ ſanguinẽ ꝓ
ximi tui. Ego dñs. Nõ oderiſ fratrẽ tuũ
in corde tuo: ſed publice argue eũ ne ha
beas ſuꝑ illo peccatũ. nõ queras vltionẽ
nec memor eris iniurie ciuiũ tuoꝝ. Di-
liges amicũ tuũ ſicut teipſm. Ego dñs.
Leges meas cuſtodite. Jumẽta tua nõ
facies coire cũ alteri⁹ generiſ animãtib⁹
Agrũ tuũ nõ ſeres diuerſo ſemine. Ve
ſtẽ q̃ ex duob⁹ texta eſt nõ indueris. Hõ
ſi dormierit cũ muliere coitu ſeminis q̃
ſit ancilla etiã nobil': et tñ ꝑcio nõ redẽ-
pta nec libˀtate donata. vapulabũt ambo
et nõ morient̃: qꝛ nõ fuit libera. Pro de-
licto aũt ſuo offeret dño ad oſtiũ taber-
naculi teſtimonij arietẽ: orabitqȝ ꝓ eo ſa
cerdos ⁊ ꝓ peccato ei⁹ corã dño: ⁊ repro
piciabit̃ ei dimitteturqȝ peccatũ. Qñ in
greſſi fueritis terrã ⁊ plãtaueritis ĩ ea li
gna pomifera auferetis ꝑputia eoꝝ. Po
ma q̃ germinãt: immunda erũt vobis.
nec edetis ex eis. Quarto aũt anno oĩs
fruct⁹ eoꝝ ſanctificabit̃ laudabilis dño.
Quinto autẽ anno comedetiſ fruct⁹: cõ
gregãtes poma q̃ ꝓferũt. Ego dñs deuſ
veſter. Nõ comedetis carnẽ cũ ſanguĩe
Nõ augurabimĩ nec obſeruabitis ſom
nia. Neqȝ in rotundũ attondebitiſ comã
nec radetiſ barbã. Et ſuꝑ mortuo nõ in
cidetis carnes vr̃as neqȝ figuras aliq̃s
aut ſtigmata facietis vobis. Ego dñs.
Ne ꝓſtituas filiã tuã ne ꝯtaminet̃ terra
⁊ impleat̃ piaculo. Sabbata mea cuſto
dite et ſanctuariũ meũ metuite. Ego
dñs. Nõ inclinetis ad magos nec ab ari-
olis aliquid ſciſcitemini vt polluamini
ꝑ eos. Ego dñs deus veſter. Corã cano
capite cõſurge. et honora ꝑſonã ſenis: et
time dñm deũ tuũ. Ego ſum dñs. Si
ħitauerit aduena in terra vr̃a ⁊ morat⁹
fuerit inter vos: nõ exprobretiſ ei: ſed ſit
inter vos q̃ſi indigena ⁊ diligetis eũ q̃ſi
voſmetipſos. Fuiſtis ei et vos aduene ĩ
terra egypti. Ego dñs de⁹ vr̃. Nolite fa
cere iniquũ aliqḋ in iudicio: in regula: ĩ
pondere: in menſura. Statera iuſta. ⁊ eq̃
ſint pondera. iuſtuſ modi⁹ equuſqȝ ſexta
rius. Ego dñs de⁹ vr̃ q̃ eduxi vos de ter-
ra egypti. Cuſtodite oĩa ꝑcepta mea et
vniuerſa iudicia: ⁊ facite ea. Ego dñs.
Locutuſqȝ eſt dñs ad XX
l moiſen dicẽſ. Hec loq̃ris filijs
iſrael. Homo de filijs iſrael ⁊ de
aduenis qui habitant in iſrael: ſi q̃s de-
derit de ſemine ſuo idolo moloch mor-
te moriat̃. Populus terre lapidabit eũ
et ego ponã faciez meã ꝯ̃ illũ: ſuccidãqȝ
eũ de medio ꝑpli ſui eo ꝙ dederit de ſeĩe
ſuo moloch. et cõtaminauerit ſanctua-
riũ meũ ac polluerit nomẽ ſanctũ meũ.
Q ſi negligẽs ꝑpl's terre et q̃ſi ꝑuipen-
dens imperiũ meũ: dimiſerit hoĩem q̃
dedit de ſemĩe ſuo moloch nec voluerit
eum occidere: ponã faciẽ meã ſuꝑ hoĩez
illũ et cognationẽ eius. ſuccidãqȝ ⁊ ipſm
et oẽs q̃ cõſenſerunt ei: vt fornicaretur
cum moloch de medio ꝑpli tui. Aĩa que
declinauerit ad magos ⁊ ariolos: et for-
nicata fuerit cum eis: ponã faciẽ meã ꝯ̃
eum ⁊ interficiã illam de medio ꝑpli ſui
Sanctificamini et eſtote ſancti: quia ⁊
ego ſanctus ſum dñs de⁹ vr̃. Cuſtodite
ꝑcepta mea ⁊ facite ea. Ego dñs q̃ ſancti
ficaui vos. Qui maledixerit pr̃i ſuo aut
mr̃i: morte moriat̃. Pr̃i matriqȝ q̃ male
dixerit: ſanguiſ ei⁹ ſit ſuꝑ eũ. Si mecha
tus q̃s fuerit cũ vxore alteri⁹ et adulte-
riũ ꝑpetrauerit cũ ꝯiuge ꝓximi ſui mor
te moriat̃ ⁊ mech⁹ et adultera. Qui dor-
mierit cũ nouerca ſua ⁊ reuelauerit ig-
nominiã pr̃is ſui: morte moriant̃ ambo
Sanguis eoꝝ ſit ſuꝑ eos. Si q̃s dor-
mierit cũ nuru ſua vterqȝ moriat̃: quia
ſcelus opati ſunt. Sanguis eorum ſit

ſuper eos. Qui dormierit cum maſculo
coitu femineo: vterq̨ ꝯpatus eſt nefas
morte morient̄. Sit ſanguis eoꝝ ſuper
eos. Qui ſup̄ vxorē filiā duxerit matrē
eius: ſcel⁹ ꝯpatus eſt. Viuus ardebit cū
eis: nec ꝑmanabit tm̄ nefas ī medio vr̄i
Qui cū iumento ⁊ pecore coierit morte
moriat̄: pecus q̄q̨ occidite. Mulier q̄ ſuc/
cubuerit cuilibet iumēto: ſimul interfi/
cietur cū eo ſanguis eorum ſit ſup eos.
Qui accepit ſororē ſuā: filiā p̄ris ſui vel
filiā m̄ris ſue ⁊ viderit turpitudinē ei⁹:
illaq̨ ꝯſpexerit f̄ris ignominiā nefariam
rem ꝯpati ſunt: occident̄ in ꝯſpectu ꝑpl'i
eo ꝙ turpitudinē ſuā mutuo reuelaue/
rint ⁊ portabūt iniquitatē ſuā. Qui coi/
erit cū muliere ī fluxu mēſtruo ⁊ reuela
uerit turpitudinem eius: ipaq̨ apuerit
fontē ſanguinis ſui: interficient̄ ambo de
medio ꝑpl'i ſui. Turpitudinē materte/
re ⁊ amite tue non diſcoopies. Qui hoc
fecerit ignominiā carnis ſue nudauit:
portabūt ambo iniquitatē ſuā. Qui coi/
erit cū vxore patrui vel auūculi ſui ⁊ re/
uelauerit ignominiā cognatōis ſue: por
tabūt ambo pcc̄m ſuū. abſq̨ liberis mo/
rient̄. Qui duxerit vxorē f̄ris ſui: rem fa
cit illicitā turpitudinē fratris ſui reuela
uit: abſq̨ filijs erit. Cuſtodite leges me
as atq̨ iudicia ⁊ facite ea: ne ⁊ vos euo/
mat terra quā intraturi eſtis ⁊ habitatu
ri. Nolite ambulare in legitimis natio/
nū q̄s ego expulſurus ſum an̄ vos. Oīa
eni hec fecerunt ⁊ abominatus ſum eas.
Vobis aūt loquor. Poſſidete terrā eoꝝ
quā dabo vobis in hereditatē: terrā fluē/
tem lacte ⁊ melle. Ego dn̄s deus veſter
qui ſeꝑaui vos a ceteris ꝑpl'is. Seꝑate
ḡ ⁊ vos iumentū mundū ab immūdo: ⁊
auem mundā ab immūda. Ne polluatis
aīas veſtras in pecore ⁊ auib⁹ et cūctis q̄
mouent̄ in terra: ⁊ que vobis oſtēdi eſſe
polluta. Eritis ſancti mihi: q2 ſcūs ego
ſum dn̄s. et ſeꝑaui vos a ceter; ꝑpl'is vt
eſſetis mei. Vir ſiue mulier in q̄b⁹ phi/
tonicus vel diuinatōis fuerit ſp̄us mor
te moriant̄: lapidib⁹ obruent eos. San
guis eoꝝ ſit ſup illos. XXI

D Jxit q̄q̨ dn̄s ad moiſen. Loq̄re
ad ſacerdotes filios aarō ⁊ dices
ad eos. Ne cōtaminet̄ ſacerdos
in mortib⁹ ciuiū ſuoꝝ niſi tm̄ in ꝯſangui
neis ac ꝓpinquis. i. ſup p̄rem ⁊ matrē et
filiū ⁊ filiā. f̄rem q̄q̨ ⁊ ſororē virginē que
nō eſt nupta viro. ſ; nec in principe ꝑpl'i
ſui ꝯtaminabitur. Nec radēt caput nec
barbā: neq̨ in carnib⁹ ſuis faciēt inciſu/
ras. Sācti erūt deo ſuo ⁊ nō polluēt no
mē ei⁹. Jncenſum eni dn̄i et panes dei
ſui offerūt ⁊ ideo ſancti erūt. Scortū ⁊
vile ꝓſtibulū nō ducet vxorē: nec eam q̄
repudiata eſt a marito. q2 ꝯſecratus eſt
deo ſuo ⁊ panes ꝓpoſitōis offert. Sit ḡ
ſcūs: q2 ego ſcūs ſum dn̄s qui ſanctifico
vos. Sacerdot; filia ſi deꝓhenſa fuerit
in ſtupro. ⁊ violauerit nomē p̄ris ſui flā
mis exuret̄. Pōtifex. i. ſacerdos maxim⁹
inter f̄rēs. ſup cuius caput fuſu; eſt vn/
ctōis oleū. et cui⁹ manus in ſacerdotio
ꝯſecrate ſūt: veſtituſq̨ eſt ſcīs veſtib⁹: ca/
put ſuū nō diſcoopiet: veſtimēta nō ſcin
det ⁊ ad oēm mortuū nō ingrediet̄ oīno
Sup p̄re q̄q̨ ſuo ⁊ m̄re nō ꝯtaminabit̄:
nec egrediet̄ de ſcīs ne polluat ſanctuari
um dn̄i: q2 oleū ſcē vnctōis dei ſui ſuper
eū eſt. Ego dn̄s. Virginē ducet vxorem
Viduā aūt ⁊ repudiatam ⁊ ſordidā atq̨
meretricē nō accipiet ſed puellā de ꝑpl'o
ſuo. ne ꝯmiſceat ſtirpē gener; ſui vulgo
gent; ſue. q2 ego dn̄s q̄ ſcīfico eū. Locu/
tuſq̨ eſt dn̄s ad moiſen dicēs. Loq̄re ad
aaron. Hō de ſemine tuo per familias q̄
habuerit maculā: nō offeret panes deo
ſuo: nec accedet ad miniſteriū ei⁹. Si ce
cus fuerit. ſi claudus. ſi ꝑuo vel grandi ⁊
torto naſo. ſi fracto pede. ſi manu: ſi gib/
bus. ſi lippus. ſi albuginē hn̄s in oculo.
ſi iugem ſcabiem. ſi impetiginē in cor/
pore. vel herinoſus. omnis qui habuerit
maculā de ſemine aaron ſacerdotis nō
accedet offerre hoſtias dn̄o. nec panes
deo ſuo. Veſcetur tamē panib⁹ qui offē
rūtur in ſanctuario. ita duntaxat. vt in
tra velum non ingrediatur: nec accedat
ad altare qui maculā habet. et ꝯtaminā
te nō debet ſanctuariū meū. Ego dn̄s q̄

ſanctifico eos. Locutus eſt ergo moiſes
ad aaron ⁊ ad filios eius ⁊ ad oēm iſrael
cūcta q̄ ſibi fuerāt imꝑata. XXII
Ocutus q̄ȝ eſt dñs ad moiſen
l dicēs. Loq̄re ad aarō ⁊ ad filios
eiꝰ vt caueāt ab his q̄ cōſecrata
ſūt filioꝝ iſrl' ⁊ nō ꝯtaminēt nomē ſcīfi-
catoꝝ mihi q̄ ipi offerūt. Ego dñs. Dic
ad eos et ad poſteros eoꝝ. Oīs hō q̄ ac-
ceſſerit de ſtirpe vr̄a ad ea q̄ ꝯſecrata ſūt
et q̄ obtulerīt filij iſrl' dño in q̄ eſt immū-
dicia: ꝑibit corā dño. Ego ſum dñs. Hō
de ſemie aaron q̄ fuerit leproſus aut pa
tiens fluxū ſemis: nō veſceť de his q̄ ſan
ctificata ſunt mihi donec ſaneť. Qui te-
tigerit immundū ſup mortuo. et ex quo
egredieť ſemē q̄ſi coitus. et q̄ tangit re-
ptile ⁊ q̄dlibet immundū cuiꝰ tactus eſt
ſordidꝰ: immūdus erit vſq; ad veſperū. ⁊
nō veſceť his q̄ ſcīficata ſunt. ſȝ cū laue-
rit carnē ſuā aq̄ ⁊ occubuerit ſol tūc mū-
datus veſceť de ſanctificatis: q2 cibꝰ illiꝰ
eſt. Morticinū ⁊ captū a beſtia nō come-
dent: nec polluenť in eis. Ego ſum dñs
Cuſtodiāt ꝑcepta mea vt nō ſubiaceāt
pcc̄o ⁊ morianť in ſanctuario cū pollue-
rint illud. Ego dñs qui ſcīfico eos. Oīs
alienigena nō comedet de ſcīficatiſ. Inq̄
linus ſacerdotiſ ⁊ mercēnariꝰ nō veſcenť
ex eis: Quē aūt ſacerdos emerit ⁊ q̄ ver-
naculꝰ domꝰ eiꝰ fuerit hi comedēt ex eiſ.
Si filia ſacerdotiſ cuilibet ex ꝑplo nupta
fuerit. de his q̄ ſanctificata ſunt ⁊ de pri-
mitijs nō veſceť. Sin aūt vidua vel re-
pudiata ⁊ abſq; liberis reuerſa fuerit ad
domū p̄ris ſui. ſicut puella ꝯſueuerat aleť
cibis p̄ris ſui. Oīs alienigena comeden
di ex eis nō h3 ꝑtātē. Qui comederit de
ſanctificatis ꝑ ignorantiā: addet quītā
ꝑtē cū eo qd̄ comedit. et dabit ſacerdoti
in ſanctuariū: nec ꝯtaminabūt ſcīficata
filioꝝ iſrl' q̄ offerunť dño: ne forte ſuſti-
neāt iniquitatē delicti ſui cū ſcīficata co-
mederint. Ego dñs q̄ ſanctifico eos. Lo
cutuſq; eſt dñs ad moiſen dicēs. Loq̄re
ad aarō ⁊ filios eiꝰ. ⁊ ad oēs filios iſrl' di
ceſq; ad eos. Hō de domo iſrael: ⁊ de ad
uenis q̄ hitant apud vos q̄ obtulerit ob-
lationē ſuā. vel vota ſoluēs vel ſpōte of-
ferēs: quicq̄d illō obtulerit ī holocauſtū
dñi vt offerať ꝑ voſ: maſculus immacula-
tus erit ex bobꝰ ⁊ ouibus ⁊ ex capris. Si
maculā habuerit nō offeretiſ: neq; erit ac
ceptabile. Hō q̄ obtulerit victimā paci-
ficoꝝ dño vel vota ſoluēs vel ſpōte offe-
rēs tā de bobꝰ q̄ȝ de ouibꝰ immaculatū of
feret vt acceptabile ſit. Oīs macula nō
erit in eo. Si cecū fuerit. ſi fractū. ſi cica
tricē hn̄s. ſi papulas aut ſcabiē aut im-
petiginē: nō offeretiſ ea dño nec adolebi-
tis ex eis ſup altare dñi. Bouē ⁊ ouē au-
re ⁊ cauda amputatiſ. voluntarie offerre
potes. votū aūt ex his ſolui nō pt. Omne
aīal qd̄ vel cōtritis vel tonſis vel ſectis:
ablatiſq; teſticulis eſt: nō offeretis dño.
⁊ in terra vr̄a hͦ oīno ne faciatiſ. De ma-
nu alienigene nō offeretiſ panes deo vr̄o
et quicquid aliud dare voluerit. q2 corru
pta ⁊ maculata ſunt oīa nō ſuſcipietiſ ea
Locutuſq; eſt dñs ad moiſen dicēſ. Bos
ouis ⁊ capra cū genita fuerint ſeptē die-
bus erūt ſub vbere mr̄is ſue: die autē
octauo et deinceps offerri poterunt dño
Siue ille bos ſiue ouis nō immolabun
tur vna die cū fetibꝰ ſuis. Si īmolaueri
tis hoſtiā ꝑ gr̄aꝝ actōe dño vt poſſit eſſe
placabilis eodē die comedetis eam. Nō
remanebit quicq̄ȝ in mane alterius diei
Ego dñs. Cuſtodite mādata mea ⁊ fa-
cite ea. Ego dñs. Ne polluatiſ nomē me
um ſanctū vt ſanctificer in medio filio-
rū iſrael. Ego dñs qui ſanctifico vos et
eduxi de terra egypti vt eſſem vobis in
deum. Ego dñs. XXIII
Ocutuſq; eſt dñs ad moiſen di
l cens. Loquere filijs iſrael et di-
ces ad eos. He ſunt ferie domi-
ni quas vocabitis ſanctas. Sex diebꝰ fa
cietis opus: dies ſeptimꝰ q2 ſabbati req̄
es eſt vocabiť ſanctus. Oē opus nō faci
etis in eo. Sabbatū dñi eſt in cūctis ha
bitatōibꝰ vr̄is. He ſunt ḡ ferie dñi ſan-
cte q̄s celebrare debetis tpibꝰ ſuis. Men
ſe primo quartadecima die mēſis ad ve-
ſperum phaſe dñi eſt. et quintadecima
die menſis huius ſolennitas azymoꝝ

dñi eſt. Septē diebꝰ azyma comedetis
Dies primus erit vobis celeberrimus:
ſanctuſq;. Omne opus ſeruile nō facietiſ
in eo: ſz offeretis ſacrificiū in igne dño ſe-
ptē diebꝰ. Dies aūt ſeptimus erit cele-
brior ⁊ ſanctior: nulluq; ſeruile opꝰ facie
tis in eo. Locutuſq; eſt dñs ad moiſen di
cēs. Loqre filiis iſrl' ⁊ dices ad eos. Cū
ingreſſi fueritʒ terrā quā ego dabo vobiſ
⁊ meſſueritʒ ſegetē feretis manipulos
ſpicaꝝ primitias meſſis vr̄e ad ſacerdo-
tē. Qui eleuabit faſciculū corā dño vt
acceptabile ſit ꝓ vobis altero die ſabba-
ti ⁊ ſanctificabit illū. Atq; in eodē die q̄
manipulus ꝯſecrat. cedet agnus imma
culatus anniculus in holocauſtū dñi. et
libamēta offerent cum eo due decime ſi
mile ꝯſpſe oleo in incenſuʒ dñi odoreq;
ſuauiſſimū. liba q̄z vini q̄rta ps hin. Pa
nē ⁊ polentā ⁊ pultes nō comedetʒ ex ſe-
gete: vſq; ad diē q̄ offeretʒ ex ea deo vr̄o.
Preceptū eſt ſempiternū in generatōi
bus cūctiſq; habitaculis vr̄is. Numera
bitis ḡ ab altero die ſabbati in q̄ obtuli-
ſtis manipulū ꝑmitiaꝝ ſeptē hebdoma-
das plenas vſq; ad alterā diē expletōis
hebdomade ſeptime.i.quīq̄ginta dies
⁊ ſic offeretʒ ſacrificiū nouū dño ex oībꝰ
habitaculis vr̄is: panes ꝑmitiaꝝ duos
de duabꝰ decimis ſimile fermentate: q̄s
coquetis in primitias dñi. Offeretiſq;
cum panibꝰ ſepteʒ agnos immaculatos
anniculos: et vitulū de armento vnum
et arietes duos ⁊ erunt in holocauſtum
cū libamētis ſuis in odorē ſuauiſſimuʒ
dño Facietʒ ⁊ hircū ꝓ pcc̄o. duoſq; agnoſ
anniculos hoſtias pacificoꝝ. Cūq; eleua
uerit eos ſacerdos cū panibꝰ primitiaꝝ
corā dño: cedēt in vſum eiꝰ. Et vocabitʒ
hūc diē celeberrimū atq; ſanctiſſimum
Oē opus ſeruile nō facietʒ in eo. Legi-
timū ſempiternū erit in cūctis hitacul'
⁊ generatōibꝰ vr̄is. Poſtq; aūt meſſue-
ritis ſegetē terre vr̄e nō ſecabitʒ eā vſq;
ad ſolū: nec remanētes ſpicas colligetis
ſed paupibꝰ ⁊ pegrinis dimittetis eas.
Ego ſum dñs deꝰ vr̄. Locutuſq; eſt dñs
ad moiſen dicēs. Loqre filiis iſrl'. Men-
ſe ſeptimo: prima die menſis erit vobis
ſabbatū memoriale clangētibꝰ tubis: et
vocabit ſcm̄. Oē opus ſeruile nō facietʒ
in eo: ⁊ offeretʒ holocauſtū dño. Locutuſ-
q; eſt dñs ad moiſen dicēs. Decimo die
mēſis huiꝰ ſeptimi dies expiationū erit
celeberrimus ⁊ vocabit ſcūs: affligetiſq;
aīas vr̄as ī eo: ⁊ offeretʒ holocauſtū dño
Oē opꝰ ſuile nō facietʒ in tp̄e diei huiꝰ:
q2 dies ꝓpitiatōis eſt: vt ꝓpitietur vobis
dñs deꝰ vr̄. Oīs aīa q̄ afflicta nō fuerit
die hac pibit de pp̄lis ſuis. ⁊ q̄ opis quip
piā fecerit. delebo eū de pp̄lo ſuo. Nihil ḡ
opis facietis in eo. Legitimū ſempiter-
nū erit vobis in cūctis generatōibꝰ ⁊ ha
bitatōibꝰ vr̄is. Sabbatū requietōis eſt
⁊ affligetis aīas vr̄as. Die nono menſis
ſeptimi a veſpe vſq; ad veſperū celebra-
bitis ſabbata vr̄a. Et locutuſ eſt dñs ad
moiſen dicēſ. Loqre filiis iſrl'. A quītode
cimo die mēſis huiꝰ ſeptimi: erūt ferie
tabernaculoꝝ ſeptē diebꝰ dño. Dies pri
mus vocabit celeberrimus atq; ſcīſſimꝰ
Oē opꝰ ſeruile nō facietʒ in eo. ⁊ ſeptem
diebꝰ offeretʒ holocauſta dño. Dies q̄q;
octauus erit celeberrimꝰ atq; ſanctiſſimꝰ
et offeretʒ holocauſtū dño. Eſt enī cetuſ
atq; collecte. Oē opꝰ ſuile nō facietʒ in
eo. He ſunt ferie dñi q̄s vocabitis cele-
berrimas atq; ſanctiſſimaſ: offeretiſq; in
eis oblatōes dño. holocauſta ⁊ libamen
ta iuxta ritū vniuſcuiuſq; diei exceptis
ſabbatis dñi doniſq; vr̄is: et q̄ offeretis
ex voto: vel q̄ ſponte tribuetis dño. A q̄n
todecimo ḡ die menſis ſeptimi qn̄ ꝯgre
gaueritis oēs frcūs terre vr̄e celebrabi-
tis ferias dñi ſeptē diebꝰ. Die primo et
die octauo erit ſabbatū.i.requies. Sume
tiſq; vobis die primo fructꝰ arboris pul-
cerrime. ſpatulaſq; palmaꝝ et ramos li-
gni denſaꝝ frondiū. ⁊ ſalices de torrente
et letabimini corā dño deo vr̄o: celebra-
bitiſq; ſolennitatē eius ſeptē diebꝰ p an-
num. Legitimū ſempiternum erit in ge
neratōibꝰ vr̄is. Menſe ſeptimo feſta ce
lebrabitis ⁊ habitatibitʒ in vmbraculis
ſeptē diebꝰ. Oīs qui de genere eſt iſra
el: manebitis in tabernaculis vt diſcant

poſteri veſtri ꝙ in tabernaculis habitare
fecerim filios iſrael cum educerem eos
de terra egipti. Ego dñs deus vr̄. Locu-
tuſq; eſt moiſes ſuper ſolennitatibꝫ dñi
ad filios iſrael. XXIIII

Et locutus eſt dñs ad moiſen di-
e cēs. Precipe filijs iſrl' vt afferāt
tibi oleū de oliuis puriſſimū ac
lucidū ad ꝯcinnandas lucernas iugiter
extra velū teſtimonij in tabernaclo fede
ris. Ponetq; eas aarō a veſpe vſq; ī ma-
ne corā dño cultu ritoq; ꝑpetuo in gene
ratōibꝫ vr̄is. Sup candelabꝝū mūdiſſi
mū ponent̄ ſp in ꝯſpcū dñi. Accipies q̄ꝫ
ſimilā ⁊ coques ex ea duodecī panes qui
ſinguli habebūt duas decimas. Quoꝝū
ſenos altrinſec⁹ ſup menſam puriſſimā
corā dño ſtatues ⁊ pones ſup eos thus
lucidiſſimū vt ſit panis in monimentū
oblatōis dñi. Per ſingula ſabbata mu-
tabunt̄ corā dño. ſuſcepti a filijs iſrael fe
dere ſempiterno. erūtq; aarō ⁊ filioꝝ ei⁹
vt comedāt eos in loco ſcō: q2 ſcīm ſan-
ctoꝝ eſt de ſacrificijs dñi iure ꝑpetuo Ec
ce aūt egreſſus filius mulieris iſraeliti-
dis quē peperat de viro egiptio inter fi-
lios iſrael: iurgatus eſt in caſtris cū viro
iſraelite. Cūq; blaſphemaſſet nomē dñi
et maledixiſſet ei: adduct⁹ eſt ad moiſen
Vocabat̄ aūt mr̄ eius ſalumith filia da
bri ⁊ de tribu dan. Miſerūtq; eū in carce
rē donec noſſent quid iuberet dñs. Qui
locutus eſt ad moiſen dicēs. Educ blaſ-
phemū extra caſtra: et ponāt oēs qui au-
dierūt manus ſuas ſup caput eius: ⁊ la-
pidet eū ppl's vniuerſus. Et ad filios iſ-
rael loq̄ris. Homo qui maledixerit deo
ſuo portabit pccm̄ ſuū. ⁊ q̄ blaſphemaue
rit nomē dñi morte moriat̄. Lapidibꝫ op
primet eū oīs multitudo ppl'i Siue ille
ciuis ſiue ꝑegrinus fuerit. qui blaſphe-
mauerit nomē dñi morte moriat̄. Qui
ꝑcuſſerit ⁊ occiderit hoīem: morte mori-
atur. Qui ꝑcuſſerit aīal reddet vicariuꝫ
id eſt aīam ꝓ aīa. Qui irrogauerit ma-
culā cuilibet ciuiū ſuoꝝ ſicut fecit: ſic fiet
ei. Fracturaꝫ ꝓ fractura. oculū ꝓ oculo.
dentē ꝓ dēte reſtituet. Qualē inflixerit
maculā: talē ſuſtinere coget̄. Qui ꝑcuſ-
ſerit iumentū reddat aliud. Qui ꝑcuſſe
rit hoīem puniet̄. Equū iudiciū ſit inter
vos ſiue ꝑegrinus ſiue ciuis peccauerit
q2 ego ſum dñs deus vr̄: Locutuſq; eſt
moiſes ad filios iſrl'. et eduxerūt eū qui
blaſphemauerat extra caſtra: ac lapidibꝫ
oppreſſerūt. Fecerūtq; filij iſrael ſicut p̄
ceperat dñs moiſi. XXV

Locutuſq; eſt dñs ad moiſen in
l mōte ſinai dicēſ. Loq̄re filijs iſ-
rael ⁊ dices ad eos. Qñ ingreſſi
fueritis terrā quā ego dabo vobiſ: ſabba
tiçetis ſabbatum dño Sex annis ſeres
agrū tuū. ⁊ ſex annis putabis vineā tuā
colligeſq; fructus eius. Septimo aūt an-
no ſabbatum erit terre requietōis dñi.
Agrū nō ſeres: vineā nō putabis. Que
ſpōte gignet humus nō metes et vuas
ꝑmitiaꝝ tuaꝝ nō colliges q̄ſi vindemiā
Ann⁹ eni requietōis terre eſt. Sꝫ erūt
vob̄ in cibū tibi ⁊ ſuo tuo: ancille ⁊ mer
cēnario tuo. ⁊ aduene q̄ ꝑegrinant̄ apud
te. Iumētis tuis ⁊ pecoribꝫ oīa q̄ naſcū-
tur p̄bebūt cibū. Numerab̄ q̄ꝫ tibi ſeptē
hebdomadas annoꝝ. i. ſepties ſeptē q̄ ſil'
faciūt q̄draginta nouē. ⁊ clangēs bucci-
na mēſe ſeptimo decima die menſis ꝓ-
pitiatōis tpe in vniuerſa terra vr̄a. Sā
ctificabiſq; annū quinquageſimū et vo-
cabis remiſſionē cūctꝫ habitatoribꝫ ter-
re tue. Ipſe eſt eni iubile⁹. Reuertet̄ hō
ad poſſeſſionē ſuā: ⁊ vnuſq̄ſq; rediet ad
familiā p̄ſtinā: q2 iubile⁹ eſt ⁊ quinq̄geſi-
mus ann⁹. Nō ſeretꝫ atꝫ metetis. ſponte
in agro naſcētia. et ꝑmitias videmie nō
colligetis ob ſanctificatōꝫ iubilei: ſed ſta
tim ablata comedetis. Anno iubilei re-
dient oēs ad poſſeſſiones ſuas. Qñ ven
des quippiaꝫ ciui tuo vel emes ab eo. ne
contriſtes fratrē tuum: ſed iuxta nume-
rum annorum iubilei emes ab eo. et iu-
xta ſupputatōꝫ frugū vēdet tibi. Quāto
plus anni remanſerint poſt iubileū: tan
to creſcet ⁊ preciū: quanto minus tem-
poris numeraueris tanto minoris ⁊ em
ptio conſtabit. Tempus enim frugum
vendet tibi. Nolite affligere cōtribules

vros:ſed timeat vnuſquiſqꜫ deū ſuū: qꜫ
ego dñs deus veſter. Facite pcepta mea
⁊ iudicia cuſtodite. ⁊ implete ea vt habi
tare poſſitis in terra abſqꜫ vllo pauore. ⁊
gignat vobis humus frcūs ſuos quibꝫ ve
ſcamini vſqꜫ ad ſaturitatē: nullius impe
tū formidātes. Qꝫ ſi dixeritis qd come
demus āno ſeptimo ſi nō ſeuerimꝰ ne
qꜫ collegerimꝰ fruges nr̃as: dabo bñdicti
onem meā vobis anno ſexto. ⁊ faciet fru
ctus triū annoꝝ: ſeretiſqꜫ āno octauo et
comedetis veteres fruges vſqꜫ ad nouū
annū. donec noua naſcant̄ edetꝫ vetera.
Terra q̄ꜫ non vendet̄ in ppetuū qꜫ mea
eſt. ⁊ vos aduene ⁊ coloni mei eſtis. Vñ
cūcta regio poſſeſſionis vr̃e ſub redem
ptōis ɔditōe vendet̄. Si attenuatꝰ fra
ter tuus vendiderit poſſeſſiunculā ſuā ⁊
voluerit ꝓpinquus eius: pt̄ redimere qđ
ille vendiderat. Sin aūt nō habuerit ꝓ
ximū: ⁊ ipſe preciū ad redimendū potue
rit inuenire: cōputabūtur fructus ex eo
tpe q̄ vendidit: et qđ reliquū eſt: reddet
emptori ſicqꜫ recipiet poſſeſſionē ſuam.
Qꝫ ſi nō inuenerit manus eiꝰ vt reddat
preciū: habebit emptor qđ emerat vſqꜫ
ad annū iubileū. In ipo eni oīs vendi
tio redibit ad dñm ⁊ ad poſſeſſorē pſtinū
Qui vendiderit domū intra vrbis mu
ros: hēbit licentiā redimēdi donec vnus
impleat̄ annus. Si nō redemerit ⁊ an
ni circulus fuerit euolutꝰ: emptor poſſi
debit eā ⁊ poſteri eiꝰ in ppetuū: ⁊ redimi
nō poterit etiā in iubileo. Sin aūt in vil
la fuerit domꝰ q̄ muros nō habet agroꝝ
iure vendet̄. Si ante redēpta nō fuerit
in iubileo reuertet̄ ad dñm ſuū. Edes le
uitarū q̄ in vrbibꝫ ſunt: ſemꝑ pñt redi
mi. Si redempte nō fuerint in iubileo
reuertent̄ ad dños: qꜫ domꝰ vrbiū leuita
rū ꝑ poſſeſſionibꝫ ſunt inter filios iſrael
Suburbana aūt eoꝝ nō veneāt: qꜫ poſ
ſeſſio ſempiterna eſt. Si attenuatꝰ fue
rit frater tuus ⁊ infirmꝰ manu. ⁊ ſuſce
peris eū q̄ſi aduenā ⁊ ꝑegrinū et vixerit
tecū: ne accipias vſuras ab eo. nec am
pliꝰ qꜫ dediſti. Time deū tuū vt viuere
poſſit frater tuus apud te. Pecuniā tuā
nō dabis ei ad vſurā: et frugū ſupabun
dantiā nō exiges. Ego dñs deus vr̃ qui
eduxi vos de terra egipti: vt darē vobis
terrā chanaā ⁊ eſſem vr̃ deus. Si pau
pertate ɔpulſus vendiderit ſe tibi frater
tuus: nō eū opprimes ſeruitute famulo
rū: ſꝫ quaſi mercēnarius ⁊ colonus erit
Vſqꜫ ad annū iubileū operabit̄ apud te: ⁊
poſtea egredieſ cū liberis ſuis ⁊ reuerteſ
ad cognatōꝫ ⁊ ad poſſeſſionē patrū ſuoꝝ
Mei enim ſerui ſunt ⁊ ego eduxi eos de
terra egipti. Nō veneāt ɔditōe ſeruoꝝ.
Ne affligas eū ꝑ potentiaꝫ ſed metuito
deū tuū. Seruus ⁊ ancilla ſint vobis de
natōibus que in circūitu vr̃o ſunt. et de
aduenis qui ꝑegrinantur apud vos vel
q̄ ex his nati fuerint in terra vr̃a. Hos
habebitis famulos et hereditario iure
tranſmittetis ad poſteros: ac poſſidebitꝫ
in eternū. Fratres aūt vr̃os filios iſrael
ne opprimatis ꝑ potentiaꝫ. Si inualue
rit apud vos manus aduene atqꜫ ꝑegri
ni. et attenuatus frater tuus vendiderit
ſe ei: aut cuiqꜫ de ſtirpe eius: poſt venditi
onē pt̄ redimi. Qui voluerit ex fratribꝫ
ſuis redimet eum. et patruus ⁊ patrue
lis ⁊ ɔſanguineus ⁊ affinis. Sin autem
et ipſe potuerit redimet ſe: ſupputatis
dumtaxat annis a tempore venditōnis
ſue vſqꜫ ad annū iubileū. et pecunia qua
venditus fuerat iuxta annoꝝ numerum
et rōe mercēnarij ſupputata. Si plures
fuerint anni qui remanēt vſqꜫ ad iubile
um ſꝫm hos reddet et preciū. ſi pauci: po
net rōnem cū eo iuxta annoꝝ numeruꝫ
⁊ reddet emptori qđ reliquū eſt annoꝝ
quibꝫ ante ſeruiuit mercedibus impu
tatis. Nō affliget eū violēter in ɔſpectu
tuo. Qꝫ ſi ꝑ hec redimi nō potuerit anno
iubileo egredieſ cum liberis ſuis. Mei
enim ſunt ſerui filij iſrael: quos eduxi de
terra egipti.

XXVI

Ego dñs deus vr̃. Nō facietꝫ vo
bis idolū ⁊ ſculptile nec titulos
erigetꝫ nec inſignē lapidē pone
tis in terra vr̃a vt adoretis eū. Ego eni
ſum dñs deus veſter. Cuſtodite ſabbata
mea. ⁊ pauete ad ſanctuariū meū. Ego

dñs. Si in preceptis meis ambulaueri
tis et mādata mea cuſtodieritis et fece-
ritis ea: dabo vobis pluuias tpib⁹ ſuis: ⁊
terra gignet germē ſuū. ⁊ pomis arbores
replebunt̄. Apprehēdet meſſium tritura
vindemiā. ⁊ vindemia occupabit ſemē-
tem. et comedetis panē veſtrū in ſaturi-
tate: et abſq3 pauore habitabit3 in terra
vr̄a. Dabo pacē in finib⁹ vr̄is dormietis
⁊ nō erit q̄ exterreat. Auferā malas beſti
as. ⁊ gladius nō trāſibit terminos vr̄os
Perſeq̄mini inimicos vr̄os ⁊ corruent
corā vobis. Perſequent̄ quinq3 de vr̄is
centū alienos ⁊ centū de vobis decē mi-
lia. Cadēt inimici vr̄i gladio in cōſpectu
veſtro Reſpiciā vos ⁊ creſcere faciā mul
tiplicabimini: et firmabo pactū meū vo-
biſcū. Comedetis vetuſtiſſima veterū ⁊
vetera nouis ſupuenientib⁹ proiicietis.
Ponā tabernaculu3 meū in medio vr̄i.
et non abiiciet vos aīa mea. Ambulabo
inter vos et ero deus veſter: voſq3 eritis
pp̄ls meus. Ego dñs deus veſter q̄ edu-
xi vos de terra egiptioꝝ ne ſeruiretis eis
et qui ↄfregi catenas ceruicū vr̄aꝝ vt in
cederetis erecti. Qꝫ ſi nō audieritis me
nec feceritis oīa mandata mea: ſed ſpre
ueritis leges meas. ⁊ iudicia mea ↄtem
pſeritis vt nō faciatis ea q̄ a me cōſtitu-
ta ſunt: ⁊ ad irritū pducatis pactū meū
ego q̄3 hec faciā vobis. Viſitabo vos velo
citer in egeſtate et ardore q̄ ↄficiat ocu-
los veſtros ⁊ conſumat aīas vr̄as. Fru-
ſtra feretis ſementē q̄ ab hoſtib⁹ deuora
bitur. Ponā faciē meā cōtra vos: ⁊ cor-
ruetis corā hoſtibus vr̄is ⁊ ſubiiciemini
his qui oderūt vos. Fugietis nemine p-
ſequēte. Sin aūt nec ſic obedierit3 mihi
addā correptōnes vr̄as ſeptuplū ꝓpter
peccata veſtra et ↄterā ſupbiā duritie ve
ſtre Daboq3 vobis celū deſup ſicut ferrū
et terrā eneā. Cōſumet̄ incaſſum labor
vr̄. nō pferet terra germen: nec arbores
poma pbebunt. Si ambulaueritis ex ad-
uerſo mihi: nec volueritis audire me ad
dam plagas vr̄as vſq3 in ſeptuplū ꝓpter
peccata veſtra. Emittāq3 in vos beſtias
agri que cōſumant vos et pecora veſtra.

et ad paucitatē cūcta redigant: deſerteq3
fient vie veſtre. Qꝫ ſi nec ſic volueritis re-
cipe diſciplinā ſed ambulaueritis ex ad
uerſo mihi: ego q̄3 ↄtra vos aduerſus in-
cedam: et pcutiā vos ſepties ꝓpter pccā
vr̄a. inducāq3 ſup vos gladiu3 vltorem
federis mei. Cunq3 ↄfugeritis in vrbes
mittā peſtilentiā in medio veſtri: et tra-
demini in manibus hoſtiū poſtq3 cōfre-
gero baculū panis veſtri. ita vt decē mu
lieres in vno clibano coquant panes et
reddēt eos ad pōdus ⁊ comedetis et nō
ſaturabimini. Sin autem nec p hec au-
dieritis me: ſed ambulaueritis ↄtra me
et ego incedā aduerſus vos in furore cō
trario: et corripiam vos ſeptē plagis p-
pter peccata veſtra: ita vt comedatis car
nes filioꝝ veſtroꝝ ⁊ filiarū veſtrarū. De
ſtruam excelſa vr̄a ⁊ ſimulacra ↄfringā.
Cadetis inter ruinas idoloꝝ veſtroꝝ et
abominabit̄ vos aīa mea intantū vt vr-
bes vr̄as redigā in ſolitudinē et deſerta
faciā ſanctuaria vr̄a. nec recipiam vltra
odorē ſuauiſſimū. diſpdāq3 terrā veſtrā
et ſtupebūt ſup ea inimici vr̄i cū habita
tores illius fuerint. Vos aūt diſpda3 in
gentes: et euaginabo poſt vos gladium:
eritq3 terra vr̄a deſerta ⁊ ciuitates veſtre
dirute. Tūc placebūt terre ſabbata ſua
cunctis dieb⁹ ſolitudinis ſue. Quando
fuerit3 in terra hoſtili: ſabbatiçabit ⁊ re-
quieſcet in ſabbat3 ſolitudinis ſue: eo ꝙ
nō requieuerit in ſabbatis vr̄is qn̄ habi
tabatis in ea. Et qui de vobis remanſe-
rint dabo pauorē in cordib⁹ eoꝝ et regio
nib⁹ hoſtiu3. Terrebit eos ſonitus folii
volantis. ⁊ ita fugiēt q̄ſi gladiū. Cadent
nullo ſequēte: et corruēt ſinguli ſup fra-
tres ſuos quaſi bella fugiētes. Nemo ve
ſtrum inimicis audebit reſiſtere. Peri-
bitis inter gentes ⁊ hoſtilis vos terra cō
ſumet. Qꝫ ſi de his aliqui remanſerint:
tabeſcent in iniquitatib⁹ ſuis in terra ini-
micorū ſuoꝝ ⁊ ꝓpter pccā patrū ſuoꝝ et
ſua affligent̄ donec ↄfiteantur iniq̄tates
ſuas ⁊ maioꝝ ſuorū quibus preuaricati
ſunt in me et ambulauerunt ex aduerſo
mihi. Ambulabo igitur ⁊ ego cōtra eos

⁊ inducā illos in terrā hoſtilē: donec erubeſcat incircūciſa mēs eoꝝ. Tūc orabūt ꝓ impietatibꝰ ſuis. et recordabor federis mei qđ pepigi cū iacob ⁊ iſaac ⁊ abraam. terre q̄ȝ memor ero: q̄ cum relicta fuerit ab eis ꝯplacebit ſibi in ſabbatꝭ ſuis: patiens ſolitudinē ꝓpter illos. Jpſi vo rogabūt ꝓ pccis ſuis eo ꝙ abiecerint iudicia mea ⁊ leges meas deſpexerint. Attn̄ etiā cū eſſent in terra hoſtili nō penitꝰ abieci eos: neqȝ ſic deſpexi vt ꝯſumerentᷣ ⁊ irritum facerē pactuȝ meū cū eis. Ego enī ſum dn̄s deꝰ eoꝝ: ⁊ recordabor federꝭ mei priſtini: qn̄ eduxi eos de terra egipti in ꝯſpectu gentiū vt eſſem deus eoꝝ. Ego dn̄s deus. Hec ſunt iudicia atqȝ p̄cepta et leges q̄s dedit dn̄s inter ſe et inter filios iſrl' in mōte ſinai ꝑ manū moiſi.

XXVII

Locutuſqȝ eſt dn̄s ad moiſen dicēs. Loq̄re filijs iſrael ⁊ dices ad eos. Homo q̄ votū fecerit et ſpoponderit deo aīaȝ ſuā ſub eſtimatōe dabit p̄ciū. Si fuerit maſculus a viceſimo anno vſqȝ ad ſexageſimū annū: dabit quīq̄ginta ſiclos argēti ad menſurā ſcūarij. ſi mlier trigīta. A q̄nto aūt āno vſqȝ ad viceſimū. maſculus dabit viginti ſiclos: feīa decē. Ab vno mēſe vſqȝ ad annū q̄ntū ꝓ maſclo dabuntᷣ q̄nqȝ ſicli. ꝓ feīa tres. Sexagenariꝰ ⁊ vltra maſculus dabit quindecī ſiclos: feīa decē. Si pauꝑ fuerit ⁊ eſtimatōȝ reddere nō valebit: ſtabit corā ſacerdote ⁊ quātū ille eſtimauerit ⁊ viderit eū poſſe reddere tantū dabit. Aīal aūt qđ immolari p̄t dn̄o ſi q̄s vouerit: ſcm̄ erit et mutari nō poterit. i. nec melius malo nec peius bono. Qȝ ſi mutauerit ⁊ ipm̄ qđ mutatū eſt. et illud ꝓ q̄ mutatū eſt ꝯſecratū erit dn̄o. Aīal immundū qđ īmolari dn̄o nō p̄t ſi q̄s vouerit: adducetᷣ an̄ ſacerdotē q̄ diiudicās vtrū bonū an malū ſit: ſtatuet preciū. Qȝ ſi dare voluerit qui offert addet ſuꝑ eſtimatōȝ quintā ptē. Homo ſi vouerit domū ſuā et ſcificauerit dn̄o: ꝯſiderabit eā ſacerdos vtrū bona an mala ſit. et iuxta preciū qđ ab eo fuerit ꝯſtitutuȝ venundabitᷣ. Sin aūt ille q̄ vouerat voluerit redimere eā. dabit quintaȝ ptē eſtimatōis ſuꝑ ⁊ habebit domū. Qȝ ſi agrū poſſeſſionis ſue vouerit ⁊ ꝯſecrauerit dn̄o iuxta mēſurā ſementꝭ eſtimabitur preciū. Si trigīta modijs hordei ſeritᷣ terra. quinq̄ginta ſiclis venundetᷣ argēti. Si ſtatī ab anno incipiētis iubilei vouerit agrum quāto valere p̄t: tāto eſtimabitᷣ. Sin aūt poſt aliquātulū tpis ſupputabit ſacerdos pecuniā iuxta ānoꝝ qui reliq̄ ſunt numerū vſqȝ ad iubileū ⁊ detrahetᷣ ex p̄cio. Qȝ ſi voluerit redimere agrū ille q̄ vouerat addet quintā ptē eſtimate pecunie ⁊ poſſidebit eā. Sin autē noluerit redimere ſȝ alteri cuilibȝ fuerit venūdatus. vltra eū q̄ vouerat redimere nō poterit: qr cū iubilei venerit dies: ſcificatus erit dn̄o: et poſſeſſio ꝯſecrata ad ius ptinet ſacerdotum. Si ager emptus eſt ⁊ nō de poſſeſſione maioꝝ ſcificatus fuerit dn̄o: ſupputabit ſacerdos iuxta annoꝝ numerū vſqȝ ad iubileū preciū: et dabit ille q̄ vouerit eū dn̄o. Jn iubileo aūt reuertetᷣ ad priorē dn̄m q̄ vendiderat eū ⁊ habuerat in ſortē poſſeſſionis ſue. Oīs eſtimatio ſiclo ſanctuarij ponderabitᷣ. Siclus viginti obolos habet. Primogenita q̄ ad deū ptinent nemo ſanctificare poterit ⁊ vouere. Siue bos ſiue ouis fuerit dn̄i ſunt ꝙ ſi immūdum eſt aīal redimet q̄ obtulit iuxta eſtimationē ſuā. et addet quintā ptē precij. Si redimere noluerit vendetur alteri. quantūcunqȝ fuerit an̄ eſtimatū. Oē qđ dn̄o ꝯſecratᷣ ſiue hō fuerit ſiue aīal ſiue ager: non veniet nec redimi poterit. Quicq̄d ſemel fuerit ꝯſecratū ſcm̄ ſcōꝝ erit dn̄o. Et oīs ꝯſecratio que offertᷣ ab hoīe nō redimetᷣ ſȝ morte morietᷣ. Oēs decime terre ſiue de pomis arboꝝ ſiue de frugibꝰ dn̄i ſunt ⁊ illi ſcificantᷣ. Si quis aūt voluerit redimere decimas ſuas addet quintā ptē eaꝝ. Oīm decimaꝝ bouiſ ⁊ ouis ⁊ capre q̄ ſub paſtoris vga tranſeunt. q̄cq̄d decimū venerit ſcificabitᷣ dn̄o nō eligetᷣ nec bonū nec malū nec altero ꝯmutabitᷣ. Si q̄s mutauerit ⁊ qđ mutatum eſt: ⁊ ꝓ q̄ mutatū eſt ſcificabitᷣ dn̄o

et nõ redimetur. Hec ſunt ꝑcepta que
mandauit dñs moiſi ad filios iſrael in
monte ſinai.

Explicit liber leuiticus. Incipit vaie
daber id eſt liber Numeri. Capl'm I

Ocutuſq3 ē do
minus ad moiſen in deſerto
ſinai in tabernaculo federis
pꝛima die menſis ſecundi anno altero
egreſſionis eoꝝ ex egipto dicēs. Tollite
ſummã vniuerſe ꝯgregatõis filioꝝ iſrl'
ꝑ cognatões ꝛ domos ſuaſ. ꝛ noĩa ſingu
loꝝ. quicqd ſexus eſt maſculini a viceſi-
mo anno ꝛ ſuꝑ. oĩm viroꝝ foꝛtiũ ex iſrl':
ꝛ numerabitis eas ꝑ turmas ſuas tu et
aarõ erũtq3 vobiſcũ pꝛincipes tribuũ ac
domoꝝ in cognatõibꝫ ſuis: quoꝝ iſta ſũt
noĩa. De tribu ruben: eliſur filꝰ ſedeur.
De tribu ſymeon: ſalamihel filius ſuri-
ſaddai. De tribu iuda: naaſon filꝰ ami-
nadab. De tribu yſachar: nathanael fili-
us ſuar. De tribu ʒabulõ eliab filius he
lon. Filioꝝ aũt ioſeph de tribu effraim.
eliſama filꝰ ammiud. De tribu manaſ-
ſe: gamalihel filius phadaſſur. De tribu
beniamin: abidan filꝰ gedeonis. De tri-
bu dan: abieʒer filꝰ amiſaddai. De tri-
bu aſer. phegiel filius ochran. De tribu
gad helíaſaph filꝰ duel. De tribu nepta
lim: ahira filꝰ enan. Hi nobiliſſimi pñ-
cipes multitudinis ꝑ tribꝫ ꝛ cognatões
ſuas ꝛ capita exercitus iſrael qs tulerũt
moiſes ꝛ aaron cũ oĩ vulgi multitudine
ꝛ ꝯgregauerũt primo die menſis ſecun
di recẽſentes eos ꝑ cognatões ꝛ domos
ac familias. ꝛ capita ꝛ noĩa ſinguloꝝ a vi
ceſimo anno et ſupꝛa: ſicut ꝑcepat dñs
moiſi. Numeratiq3 ſunt in deſerto ſinai
de ruben pꝛimogenito iſraelis ꝑ genera-
tões ꝛ familias ac domos ſuas ꝛ noĩa ca
pitũ ſinguloꝝ oẽ qð ſexus eſt maſculini
a viceſimo anno ꝛ ſupꝛa ꝓcedentiũ ad
bellũ: quadraginta ſex milia quingenti.
De filijs ſimeon ꝑ generatões ꝛ famili
as ac domos cognationũ ſuaꝝ recenſiti
ſunt ꝑ noĩa et capita ſinguloꝝ. oẽ qð ſe-
xus eſt maſculini a viceſimo anno et ſu-
pꝛa ꝓcedentiũ ad belluꝫ: quinquaginta
nouẽ milia trecẽti. De filijs gad ꝑ gene
ratões ꝛ familias ac domos cognationũ
ſuaꝝ recẽſiti ſunt ꝑ noĩa ſinguloꝝ a vi-
ginti annis ꝛ ſupꝛa oẽs qui ad bella pꝛo-
cederẽt: quadragintaquinq3 milia ſexcẽ-
ti quinquaginta. De filijs iuda ꝑ gene-
ratões ꝛ familias ac domoſ cognationũ
ſuaꝝ ꝑ noĩa ſinguloꝝ a viceſimo anno ꝛ
ſupꝛa oẽs qui poterant ad bella ꝓcedere
recenſiti ſunt. ſeptuagintaq̃ttuoꝛ milia
ſexcenti. De filijs yſachar ꝑ generatões
et familias ac domos cognationũ ſuarũ
ꝑ noĩa ſinguloꝝ a viceſimo anno et ſuꝑ
oẽs qui ad bella ꝓcederẽt recenſiti ſunt
quinq̃gintaquatuoꝛ milia quadringenti
De filijs ʒabulon ꝑ generatões ꝛ fami-
lias ac domos cognationũ ſuaꝝ recenſi-
ti ſunt per noĩa ſinguloꝝ a viceſimo an-
no ꝛ ſupꝛa oẽs qui poterãt ad bella ꝓce-
dere: quinq̃gintaſeptẽ milia quadringẽ-
ti. De filijs ioſeph filioꝝ ephraim ꝑ ge-
neratões ꝛ familias ac domos cognatio
num ſuaꝝ recenſiti ſunt ꝑ noĩa ſingulo
rum a viceſimo anno ꝛ ſupꝛa. oẽs q̃ po-
terant ad bella ꝓcedere: quadraginta mi
lia quingenti. Poꝛro filioꝝ manaſſe per
generatões ꝛ familias ac domos cogna-
tionũ ſuaꝝ: recenſiti ſunt ꝑ noĩa ſingu-
loꝝ a viginti annis ꝛ ſupꝛa oẽs qui pote-
rant ad bella ꝓcedere: trigintaduo milia
ducenti. De filijs beniamin ꝑ generati-
ones ꝛ familias ac domos cognationuꝫ
ſuaꝝ recenſiti ſunt noĩbꝫ ſinguloꝝ a vi-
ceſimo anno ꝛ ſupꝛa. oẽs qui poterãt ad
bella ꝓcedere trigintaquinq3 milia qua-
dringenti. De filijs dan ꝑ generatõnes
et familias ac domos cognationũ ſuaꝝ:
recenſiti ſunt noĩbꝫ ſinguloꝛuꝫ a viceſi-
mo anno ꝛ ſupꝛa. oẽs qui poterãt ad bel
la ꝓcedere ſexagintaduo milia ſeptingẽ-
ti. De filijs aſer ꝑ generatões ꝛ famili-
as ac domos cognationũ ſuaꝝ recenſiti
ſunt ꝑ noĩa ſinguloꝝ a viceſimo anno ꝛ
ſupꝛa oẽs qui poterãt ad bella ꝓcedere:
quadraginta milia ꝛ mille quingẽti. De
filijs neptalim ꝑ generatões ꝛ familias